



1600 D

OCTAVARIUM BENEDICTINVM

Cum

Nonnullis Officijs Sanctorum eiusdem,
Ordinis,

et

S V M M I S P O N T I F I C I B V S ,
Personis utriusque Sexus sub Regula Sanctissimi
Patris Nostri B E N E D I C T I militantibus
recitari permissum.

Nunc

Facilioris recitationis gratia cum Patronis Regni
Poloniae ritu Monastico ordinatis concordatum,
& typis mandatum.

Per

R̄dum Patrem IA: CHRYSOSTOMVM SIGISMUNDUM
ZDROWSKI, Sacre Theol: Lector & Vice Priorem Regij
Conuentus Tynecensis.

Permittu Superiorum.

Anno à partu Virginis M.DC.LXX.VIII.

C R A C O V I A E ,

Ex Bibliotheca Opere. St. Litt. Caudabergii

JN STEMMA GENTILITIVM.



Defendunt, ornant, claudunt, dant lumen ACERVO
Ascia, crux, claves, sydera bina Tuo.

- Cum CRUCE quin potius claves hic vester ACERVUS
Asciam & ex alto sydera bina sonet.

PERILLVSTRI

ADMODVM REVERENDO
DOMINO,

D· MATTHIÆ
LVDOVICO

ZIELONACKI,
GENERALIS CAPITVLI TY.
NECENSIS PRÆSIDENTI,

PRÆPOSITO KOSCIEL NE NSI, OFFI-
CIALIC ALIS SIENSI,
Domino, Dño Patrone Observandissimo.

Cæterisq; Reuerendissimis PRÆLATIS, Admo-
dum Rēndis Patribus, Religiosis, ac Venerabilibus
Fratribus, sub Regula SS. Patris Nostri BENEDICTI
in Regno Poloniæ militancib; ac degen-
tibus.


Pus hoc meum ex se tenue in lucem producere.
Tuus sub auspicijs, plures me compulere ratio-
nes PERILLISTRIS & ADMODUM
REVERENDE DOMINE. Licet enim
erga omnes Sanctissimi PROTO-PAREN-
TIS Nostri BENEDICTI alumnos
idem mibi sit affectus, eadem omnium Pralatorum venera-
tio, qamen binc urgebat Tuus (quem in Gentilitio prafers
campo) beneficiorum erga me Acerbus, inde consanguini-
tatio

tatis ut Annunculi gradus non postremus; quin imò, libellus ipse
sponte suā (nescio quā operante Antipathia) in sinus deferrī,
properabat Tuos. Nec mirum, cùm Te feruentissimum Imma-
culatae Virginis cultorem & propagatorem præfensit, eiusdem
Officium cum Octaua, sua inter viscera condens, Tibi non dubi-
tabat præsentare. Me zelus Benedictini promouendi permouit
influti. Etsi sciam, nuper pralo mandatum Sanctissimi
Patris BENEDICTI, & S. SCHOLASTICÆ Offi-
cium cum Octaua sub rito solemniōrī, tamen, cùm pauca no-
uerim exemplaria, in nostrum peruenisse Polonię Regnum
incrementi Religiose deuotionis ergo, illa, adiunctis plurimis
Sanctorum Ordinis nostri proprijs Officijs, itidemq; Patrono-
rum Regni Polonia, ad normam Benedictinam, excudenda
euarai. Putabam sane opusculum hoc ceteris gratum fore, ss
ed quod non omnia bec contingant Breuaria: nec Tibi di-
splicere posse conjecturabar, qui Benedictinae promouenda, ita
zelans es obseruantia, ut nullis parcas sumptibus, nulli in
dexteritate pro bono Ordinis, nulli in liberalitate pro cultu
D. BENEDICTI augendo, sis secundus. Vnde ergo PER-
ILLISTRIS & ADMODUM REVERENDE DOMI-
NE; Vnive Diui BENEDICTI benedicta proles Reue-
rendissimi PRALATI, tota deniq; Benedictina Cobors, tantè
Patriarche sœundissima Soboles, qui, cùm sub signis tantè
Ducis (ut acies ordinata) DEO, & Sanctis eius militatis,
& sacre huius Legionis legendō memoriam facitis, bos imi-
tando, mei indigni meminisse, dignemini. Dabam Tynecij,
Die 15 Iulij. Anno 1678.

OMNIVM VESTRVM

Indignus Sernus & Fr.

SIGISMUNDUS ZDROWSKI.

A.P.

APPROBATIO.

Jllustrissimi & Reuerendissimi Domini,

D. NICOLAI OBORSKI,

Dei & Apostolica Sedis Gratia,

EPISCOPI LAODICENSIS, SUFFRAGA-

nei. Scholastici, Vicarij in Spiritualibns, & Officialis

Generalis Cracouiensis : Administratoris in

Spiritualibus Abbatiae Tyniecensis.

Cum hoc Octauarium à Rendo Patre SIGISMUNDO ZDROWSKI, Sacrae Theologiae Lectore, & Vice-Priore Regalis Conuentus Tyniecensis ordinatum, & cum Patronis Regni Poloniae ritu Benedictinō concordatum, innitatur approbationi Sacrae Rituum Congregationis ; & vetustissimæ consuetudini Ordinis Benedictini, ideo ut Typis mandari possit permitto.

NICOLAUS OBORSKI, Episcopus Laodicensis,

*Suffraganeus Cracouienis, Administrator in
Spiritualibus Abbatia Tyniecensis. mpp.*

Facultas imprimendi. Per illustris Domini

Librorum Censoris.

Octauarium Benedictinum , Opera Adm̄ Rendo Patris SIGISMUNDI ZDROWSKI, Sacrae Theologiae in Conventu Tyniecensi Lectoris, ibidemq; Vice-Prioris, egregie satis atq; facile cum Patronis Regni Poloniae sonatum, ut lucem publicam ad multam utilitatem intucatur, auctoritate sibi ab Illustrissimo & Reuerendissimo Episcopo Cracouiensi concessa permittit.

M. ANDREAS KUCHARSKI, Sacra Theologia

Doctor & Professor, Ecclesia Cathedralis

Canonicus, & Universitatis Cracoviensis

Rector, Anno Dni 1678. Die 15 Iu-

ly. mpp.

C A.

(S)(*)(S)

CALENDARIVM,

Sanctorum, Sacri Ordinis Benedictini, & Regni Poloniæ Patronorum.

JANVARIUS.

- 14 Odilonis Abbatis S. O. N.
Duplex. Pagiñā 1
- 15 Mauri Abbatis, Duplex
1da Classis. *Omnia ut in Bre
uiario. Expositio Venerabilis
Sacramēti Indulgētia plena
ria pro omnibus visitantibus
Ecclesiā nostrās.*
- 22 Anastasij &c. Mart semidu
plex. *Omnia ut in Breuiario.*

FEBRUARIUS.

- 4 Ansgarij Episc: & Confess.
Duplex. pag: 2
- 6 Dorothez Virg: & Mart: R.
P. P. dupl. *Lect: 1 mi Noct:
de scriptura occurrēte. In II.
Noct: Lect: s. Dorothea, ut
in Breuiario, reliqua ut in
Com: Virg. & Mart.*
- 7 Romualdi Abb: S. O. N. &
Fundatoris Camaldulensiū,
Dupl. *Omnia ut in Breuiar.*
- 10 SCHOLASTICA Virg: S. O. N.
Duplex 1. Clas: cum Octaua
& expositione Venerabilis Sa
cramēti. *Indulgētia Plena
ria, pro omnibus visitantibus
Ecclesiā nostrās.* pag: 5
- 11 De octaua, pag: 5
- 12 De octaua, S. Scholasticz, 6
- 13 De octaua, pag: 7

- 14 De octaua, pag: 8
- 15 De octaua, S. Scholast. 10
- 16 De octaua, pag: 11
- 17 Octaua S. Scholasticz Virg.
Duplex, 12

MARTIVS.

- 1 Albini Conf: Pont: S. O. N.
& R. P. P. Duplex, p. 15
- 4 Casimirii Conf: R. P. P. Du
plex 1da Classis, pag: 16
- 5 Translatio Venceslai Mart:
Duplex, pag: 16
- 9 Cyrilli & Methodij Confes:
Pont. S. O. N. & R. P. P.
Duplex, pag: 18
- 11 Franciscz Romanæ Viduæ,
S. O. N. Duplex, pag: 19
- 12 Gregorij Papæ Conf: S. O.
N. Duplex maius, pag: 19
- 17 Gertrudis Virg. S. O. N. &
R. P. P. Duplex, pag: 19
- 21 SS. P. N. BENEDICTI, Dupl:
1ma Clas: cum Oct. & expo
sitione Venerabilis Sacramēti.
Indulg: Plenar: pro omnibus
visitantibus Eccles: nostrās. 20
- 22 De octaua, pag: 20
- 23 De octaua, S. P. N. Bened. 22
- 24 De octaua, pag: 23
- 25 Annuntiatio B. M. V. Du
plex, pag: 24
- 26 De oct. S. P. N. Bened. 24
- 27 Dc

Calendarium Sanctorum S. O. Benedictini.

- 27 De octaua, pag: 25
 28 Octaua S. P. N. Benedicti,
 Duplex, pag: 26

APRILIS.

- 23 ADALBERTI Episc: & Mart. S.
 O. N. & R. P. P. Dupl: imæ
 Clasfis, pag: 29
 24 Georgij Mart. semid. 32
 25 Marci Euan: dupl. 1 Clas. 32
 26 Cleti & Marcellini Pontif.
 Mart. Semidupl. pag: 32
 27 De octaua S. Adalb. sem. 32
 28 De oct. S. Adalb: semid. 33
 29 Roberti Abb. S. O. N. Fun-
 datoris Cisterc: Dupl. 34
 30 Octaua S. Adalberti Episc:
 & Mart: duplex. pag: 34

MAIVS.

- 1 Sigismundi Regis & Mart:
 S. O. N. & R. P. P. Dupl. 36
 4 Floriani militis & Martyris
 R. P. P. Duplex. pag: 37
 5 Hugonis Ab: S. O. N. dupl. 40
 8 STANISLAI Episc: & Mar-
 votō S. O. N. & R. P. P.
 Duplex imæ Classis, p: 42
 9 Gregorij Nazianzeni Episc:
 & Conf: Duplex. pag: 46
 10 Appar: S. Michæl: dupl. 46
 11 Maioli Ab: S. O. N. dupl. 47
 12 Nerei & Achil. MM. sem: 48
 13 De oct: S. Stanisl: semid. 48
 14 De oct: S. Stanisl: semid. 50
 15 Octaua S. Stanislai dupl. 52
 19 Petri Cælestini Pp. & Conf.
 S. O. N. Fundator: Cælesti-
 norum Duplex. pag: 54
 22 Romani Ab: S. O. N. dupl. 54

JUNIUS.

- 6 Claudi Episc: & Conf: S.
 O. N. Duplex. pag: 112
 14 Bennonis Episc: & Conf: S.
 O. N. & R. P. P. Dupl. 55
 19 Bonifacij Mart. S. O. N. &
 R. P. P. Duplex. pag: 56
 20 Siluerij Papæ Mart: S. O. N.
 Simpl. Omnia ut in Breuiar.
 25 Guilielmi Abb: S. O. N. &
 Fund: Mötis Virg: dupl. 58
 28 Leonis Papæ & Conf: S
 O. N. Semiduplex, pag: 58

JULIUS.

- 11 Festum Commemorationis
 SS. Patris Nostri BENEDICTI
 Duplex Prima Classis, cum
 expositione Venerabilis Sa-
 cumenti. pag: 58
 12 Joānis Gualb: Abb: S. O. N.
 & Fundatoris VallisVm-
 brosanorum, Duplex. 60
 13 Margarithæ Virgin: & Mart.
 R. P. P. Duplex Maius. 61
 14 Bonaventura Episc: & Con-
 fess: Duplex. pag: 62
 15 Diuissio SS. Ap: Dupl: mai. 62
 16 Andreæ & Benedicti Mart.
 S. O. N. & R. P. P. Dupl.
 2dæ Classis. pag: 65
 17 De oct. S. BENEDICTI sem: 66
 18 Octaua Commemorationis
 S. P. BENEDICTI Dupl. 67
 Post decimam sextam Iulij pro-
 xima Dhica. Festu SS. Sea-
 pularis B. V. M. Dupl. 69
 31 Ignatij Conf: S. O. N. Objac-

Calendarium Sanctorum S. O. Benedictini.

ti, & Institutoris Societatis
Iesu Duplex. Pag: 69.

AUGUSTUS.

- Dominicā infra Oct: Assumpt:
B. M. V. Hyacinthi Conf:
R. P. P. Duplex . pag: 71
20 Bernardi Abbatis, S. O. N.
& Cisterciensium Propaga-
toris Duplex . pag: 71
Dominicā post Oct: Assumpt:
B. M. V. Casimiri Conf. R. P.
P. Translatio Duplex . p: 71

SEPTEMBER.

- 1 Egidij Ab: S.O.N. dupl. 72
2 Nonnosi Abbatis S. O. N.
Duplex . pag: 73
Domiā prima Septembr. ANGELI
Custodis Duplex 2dæ Clas-
sis, cum integra Octaua . 75
27 Sacri Nomini B. M. V. Du-
plex maius . paginā 82
27 Stanislai Episi: & M. R. P. P.
Translatio Duplex . 87
28 Venceslai Mart. R. P. Patr.
Duplex . paginā 88

OCTOBER.

- PLACIDI & SOCIOR: MART.
S.O.N. 2dæ Clas. cum ex-
positione Venerab: Sacramēti.
Indulg: Plenari: pro omnibus
venerabilibus Eccl: nostris . 88
Domiā post Festum SS. Placidi.
DEDICATIO Convent: Eccl.
Tynecensis Duplex 1 Clas-
sis, cum Octaua . pag: 88

NOTA. Literē maiusculā S. P. N. indicant Sanctos, Ordinis,
Nostri, R. P. P. inācū Regni Poloniæ Patronos.
Numerus primus diem Mensis secundus paginā denotat.

OCTA

- 8 Iustina Virg: & Mar. S. O. N.
Patronæ Duplex . 88
Domiā post Oct: Dedic: Eccles.
Tynecen FESTUM REL QVI-
RUM eiusdem Ecclesiz, Du-
plex 2dæ Classis . 88
10 Gratiarum actio pro victo-
ria ex Turcis duplex . 92
15 Hedwigis Viduæ S. O. N. &
R. P. P. Duplex . 98
16 Galli Abb: S. O. N. dupl . 99
20 Adalberti Ep: & M. S. O. N.
& R. P. P. Transl. dupl . 99

NOVEMBER.

- 6 Leonardi Ab: S. O. N. Dupl. 101
12 Quirij Fratris S. O. N. & R. P. P.
Duplex 2dæ Classis . 102
13 OMNIUM SS. S. O. N. Dupl . 8.
Classis, cum expositione Ven:
Sac: & Indulg: Plen: pro omnib:
venerabilibus Eccl: nostris . 108
14 Emiliani Ab: S. O. N. Dupl. 103
17 Gerrardis Virg. & Abbat: S. O. N.
Duplex maius . 104
19 Odonis Abba S. O. N. Dupl. 111
20 Gregorij Thaumaturgi Episc: &
Conf: S. O. N. Duplex . 111
24 Elizabeth Vid: R. P. P. Dupl . 111
26 Silvestri Abb: S. O. N. & Institu-
toris Gradiuentent Dupl. 113

DECEMBER.

- 1 Barbarz V. & M. R. P. P. Dupl . 113
3 CONCEPTIO B. M. V. Dupl.
2. Clas. cum off: integra . 115
19 Thomz Cant: Ep & M. S. O. N.
Duplex . paginā 122
Offic: S. L. BE EDICTI pro Fe-
ria: tia iob ritu se miduplici per
tutum annum, incipit pag. 125

OCTAVARIUM
BENEDICTINUM.

Die XIV. Ianuarij.

ODILONIS ABBA-
TIS, Duplex.

*In primo Nocturno Lectiones
de libro Ecclesiastici Beatus vir
qui inuentus est &c. ut in Com-
muni Confessoris non Pontificis.*

In secundo Nocturno.

LECTIO V.

Beatus Odilo Arvernæ o-
riundus, ex equestri ordi-
ne genus duxit, sed terrenæ
prosapiaæ lineam cœlestis vitæ
nobilitate transcendit. Dum
adhuc puerili teneretur infan-
tiæ, tanto repente, omnium se-
rè membrorum languore con-
strictus erat, vt incedédi pror-
sus amitteret facultatem, ex
quo tandem fuit mirabiliter
liberatus. Etate iam proue-
ctior clericali tonsura insigni-
tus Maioli disciplina se com-
misit, cum quo ita profecit,
vt spretis omnibus mundi di-
uitijs, sacerdique voluptatibus,
Monachorum Cluniacensium
numero se curauerit adscrib-
endum.

LECTIO VI.

Vix quartum in religione
perfecerat annum, cùm
moritur in Domino Sanctus

Maiolus, à quo antequam obi-
ret fuit electus, & constitutus,
qui dignitati, officioque pasto-
rali succederet, cui elec̄tione
nullus propter spem de sancti-
tate præconceptam contradic-
xit. In quo Officio eum se
præbuit omnibus, quem vnum
mirarentur in orationibus assi-
duum, & quotidianis vigilijs,
frequentioribusq; ieunijs cor-
pus suum castigantem: singu-
lis diebus Deo Patri incruen-
tum Missæ sacrificium, non si-
ne maxima lachrymarum co-
pia offerrebat.

LECTIO VII.

Tantæ fuit in pauperes mis-
ericordia, vt nihil sibi, nec
sæpè Monasterio, cui præerat
retineret, quod non totum in
Eleemosynas erogaret. In iti-
nere constitutus gratum se o-
mnibus exhibuit, cœcos à na-
tivitate illuminauit, aquam
in vinum commutauit, tutus
super vndas incessit, pesciculos
paucos, minimamq; vini qua-
titatem orationibus suis multi-
plicauit: aquâ quâ ipse manus
lauerat, febricitantes sanauit,
pariq; miraculo militibus abla-
ta loquendi facultatē restituuit.

A

L.

OCTAVARIUM

LECTIO VIII.

D'uinarum rerum contemplationi addictissimus fuit seruus Dei, nec vñquam ædificandarum Ecclesiarum, siue reparandarum curam depositus. Romam venit, vt Apostolorum corpora veneraretur, & vt gratiam enixè à Deo, postularet, vt si eius voluntas esset ante ipsorum pedes animam posset reddere; sed in Patriam redire coactus, multosque ibi labores pro Christo percessus, senioque confessus felicem optatumq; vitæ finem, quem multò ante fratribus prædixerat maxima cum iucunditate imposuit.

In Tertio Nocturno Homilia in Euāgelium. Ecce nos reliquimus omnia. vt in Communi Abbatis.

Die IV. Febraruī.

S. ANSGARII EPI>COPI,
& Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessorum & Ponifcum.

ORATIO.

Exaudi quæsumus Domine preces nostras, quas in Beati Ansgarij Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolute peccatis, Per Dominum,

*In Primo Nocturno leguntur
Lectiones de scriptura occurrente.*

In Secundo Nocturno.

LECTIO V.

Religiosa B. Ansgarij Galli, primi Suecorum & Gotthorum Apostoli, sanctitas ab ineunte cœpit statim crelcere ætate. Nam vix pueriles annos egressus, superna visitatione per quietem monitus, ut mundi illeæbras cōtemneret, mox in Monasterio Corbeiensi, Sancti Benedicti Regulam professus, totū se in Dei amorem transfudit, assiduo orationi, vigilijs, & abstinentiæ dedicatus. Cū autem ad Ludouicum Caroli Magni filium Imperatorem, primo eius Imperij anno, Legati à Rege Suecum Biornie tecido venissent; qui Christianæ fidei Doctores in Sueciam mitti perebāt, Beatus Ansgarius, instante Imperatore, onus prædicandi Euāgelium per Aquilonaria Regna libenti animo suscepit, statimque Regis Legatos comitatus, Regem Biornem, in Birca ciuitate, runc maxima agentem, cum Vithmaro, & alijs socijs venit.

LECTIO VI.

Ad cuius prædicationem multi Suecorum crediderunt;

runt in Christum, & baptizati sunt. Inter hos Præfetus Regis inclytus Heringarius; qui veluti alter Sebastianus, tantum in sulcepta fide floruit, ut in æde sua, quam in Ecclesiam consecrari fecerat, Christo assidue seruiens, cumque prædicans, miraculorum etiam gloria illustraretur. Suecis ad fidem conuersis & baptisatis, multisque apud illos Ecclesijs constructis, Ansgarius ad Danos deinde se contulit, cum regnaret in Dania Ericus cognomento Impius; ubi etiam Euangelium prædicās, de impiō tyranno pium Christi instrumentum effecit.

LECTIO VII.

Porro cum videret messem esse multam, nec se huic tam labori solum sufficere posse, destinauit suo loco in Sueciam Sanctissimum virum Simonem Episcopum, & Nitardum venerabilem Presbyterum, qui Christianam doctrinam industratis hominibus prædicantes grauissimas persecutions sustinuerunt, & ad extremum gloriosò martyriò vitam suam feliciter consumauerunt. Ipse vero primo Hamburgensem Episcopatum, postea Bremensem Archiepiscopatum administravit, probante id Gregoriò

Papā Quartō, Apostolicā auctoritate & pallij concessione, confirmante vero Nicolao Romano Pontificē, qui ipsum ac Successores Legatos, & Vicarios Apostolicæ Sedis cōstituit.

LECTIO VIII.

Huius Pontificis tanta erat sanctitas, ut eam Reges honorarent, Pastores Ecclesiarū magna veneratione colerent, clerus admiraretur vniuersus, & populus imitaretur. Miraculorum quoque gratia singularis, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi & confirmacionem fidei inter gentes eidem à Deo, collata fuit. Nam orationibus suis, & olei sacri unctione, plurimos à diuersis morbis & languorib⁹ sanabat. Vnde certatim ad eum confluebant infirmi medicinam petentes & sanitatem integrā recipientes. Tandem aetate & laboribus fatigatus, anno aetatis sue sexagesimo quarto, gravi corporis infirmitate per quatuor & amplius menses, plus solito laborare coepit: quæ licet sic attritus, & consumptus esset, & pœnè iam de corpore nihil praeter neruos, & ossa remaneret; nihilominus tamen in Dei laudibus perseverans, inuestum ab oratione animum non relaxabat, sique oculis in-

in cœlum intentus, cùm sedisset annos triginta quatuor spiritum in manus æterni Patris tradidit, anno Redemptoris octingentesimo sexagesimo quinto. Cuius res præclarè gestas Rembertius eius Diaconus scripsit, & ipse sanctitate conspicuus eius in sede successor.

In Tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangeli secundum Matthæum.

LECTIO IX.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiens, vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua Et reliquias.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Talentu nomine cuilibet pauperi, etiam hoc ipsum reputabitur. Quod vel minimū accepit. Alius namque accepit intelligentiam; prædicacionis ministerium debet ex talento: alius terrenam substatiā accepit; erogationem talenti habet ex rebus: alius nec intelligentiam internorum, nec rerum affluentiam accepit, sed tamen didicit artem qua passitur; ipsa ars ei in talenti conceptionem reputabitur: alius nihil horum assecutus est, sed tamen fortasse locum familiaritatis apud diuitem meruit,

talentum profectò familiaritatis accepit; si ergo nil pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur.

LECTIO X.

HAbens igitur intellectum, curat omnino ne taceat. Habens rerum affluentiam, vigilet, ne à misericordia largitate torpescat. Habens artem qua regitur, magnopere studeat, vt vsum atque utilitatem illius cum proximo parcatur. Habens alloquendi locum apud diuitem, damnationem pro retento talento timeat, si cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedat. Tantum quippe ab uno quoque nostrum venturus Iudex existit, quantum dedit.

LECTIO XI.

VT ergo de talenti sui rationibus redeunte Domino, quisque securus sit, cum timore penser quotidie quod accepit. Ecce namque iam iuxta est ut ille qui peregrè profectus est, redeat. Quasi peregrè quoque abiit; qui de hac terra, in qua natus est, longè discessit. Sed profectò reuertitur, vt de talentis rationes ponat: quia si à bonâ actione torpescimus, de ipsis bonis, quæ contulic nobis distractius iudicat.

LECTIO XII.

Coll-

BENEDICTINUM.

5

Consideremus igitur quæ accepimus, atque eorum erogatione vigilemus. Nulla nos à spirituali opere cura impedit: ne, si in terra talentum absconditur, talenti Domin⁹ ad iracudiam prouocetur. Piger etenim seruus; cum iam culpas iudex examinat, talentum de terra leuat. Quia sunt plerique, qui tunc se à terrenis desiderijs vel operibus subtrahunt, quando iam per animaduersionem Iudicis ad æternum supplicium trahuntur. Ante ergo de talenti nostri pöndanda ratione vigilemus, vt cùm iam Iudex ad serendum imminet, lucrum nos quod fecimus excusat.

'Euangelium ut in Communione Confessi: Pontif: Oratio Exaudi quæsumus &c. ut suprā.

Ad Laudes & per Horas, Omnia de Communi Conf: Pontif. præter Orat: Exaudi, ut supra.

Die X. Februarij.

S. SCHOLASTICÆ VIRGINIS, SORORIS SS.

**P. Nostri BENEDICTI,
Duplicē. cum Octaua.**

Omnia ut in Breuiario Pauli V. excepta Oratione.

ORATIO.

Deu s. qui Beatae Virginis tuae Scholastice animam, ad ostendendam innocentiam in Columbae specie cœ-

los penetrare fecisti: da nobis quæsumus eius meritis, ita innocentem viuere, vt ad eadem mereamur gaudia peruenire. Per Dominum &c.

*Missa. Surge prope a &c.
ut in Additamentis Missalis Monastici.*

Die XI. Februarij.

Secunda die infra O&:S.Scholt: *Inustatorium & Hymnus, vt in die festi, etiam per totam Octauam.*

*In Primo Nocturno Antiph:
O quam pulchra est † casta generatio cum claritate.*

*Psalmi Feriales, Versiculi &
Responsoria eiusdem Nocturni cuius est Absolutio.*

*Sermo S. Ambrosij Episcopi.
Lib: I. de Virginibus.*

LECTIO I.

Quoniam hodie Natalis est Virginis, inuitat nos integritatis amor, vt aliquid de Virginitate dicamus; ne veluti transitu quodam præstricta videatur, quæ principalis est virtus. Non enim ideò laudabilis Virginitas, quia in Martyribus reperitur, sed quia ipsa Martyres faciat. Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complecti quod Iupra vnum naturæ sit.

A;

L:

LECTIO II.

Ecclō accersiuit, quod immitaretur in terris. Nec immēritō viuendi sibi vsum quæsiuit ē Cœlo, quæ sponsum sibi inuenit in cœlo. Hæc nubes, ætra, Angelos, sideraq; transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit, & toto hausit pectore.

LECTIO III.

Nam quis tantum cūm inuenerit, relinquat boni? Vnguentum enim exinanitum est nomen tuum; propterea adolescentulæ dilexérunt te, & attraxérunt te. Postremò non meum est illud, quoniam quæ non nubunt, neq; nubentur, erunt sicut Angeli Dei in cœlo. Nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Anglorum Domino copulantur.

In Secundo Nocturno Antiph.
Ante torum † huius Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalmi Feriales.

Capit: 2. Corinth: II. ar: 2.
AEt Mulor enim vos Dei emulatiōne: despondi enim vos vni Viro Virginem castam exhibere Christo.
P. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem.
R. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae.

ORATIO.

Deus qui beatæ &c. ut supra in die. *Ad Laudes & alias Horas omnia ut in die festi. Sic dicitur Officium per totam octauā.*

Die XII. Februarij.

Tertia die infra Octauam, S. Scholasticæ Virg.

In Primo Nocturno Antiph.
Reuertere, † reuertere, Sunamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te.

Psalmi Feriales.

De Sermone S. Ambrosij Episcopi.

Lib. I. de Virgin: paulo ante medium.

LECTIO I.

Ego licet laudationem, non suscepimus Virginitatis, sed expressionem; ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei Patria, quis auctor, appareat. Ac prius vbi sit Patria, definiamus. Si enim ibi est Patria, vbi genitale domicilium, in cœlo profecto est Patria Castitatis: itaq; hic aduenia, ibi incola est. Quid autem Castitas Virginialis, nisi expers contagionis integritas? Atque eius Auctorem, quem possumus existimare, nisi Immaculatum Dei Filium, cuius caro non vidit corruptionem, Diuinitas non est experta contagionem.

LE.

BENEDICTINUM.

7

LECTIO II.

Videte igitur quanta Virginitatis merita sint, Christus ante Virginem, Christus ex Virgine; à Patre quidem natus ante saecula, sed ex Virginie natus ob saecula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilitatis est. Illud erat semper; hoc voluit spectare aliud Virginitatis meritum. Christus Virginis Spousus, & si dici potest, Christus Virginæ castitatis. Virginitas enim Christi non Virginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, Virgo quæ genuit, Virgo quæ proprio lacte nutrita. Sed iam à Matre descendamus ad Filias.

LECTIO III.

DE Virginibus, inquit Apóstolus, præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Si Doctor Gentilium non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum: non enim imperari potest Virginitas, sed optari. Nam quæ supra nos sunt in Voto magis quam in Ministerio sunt. Sed volo vos inquit sine sollicitudine esse: nam qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Et Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu,

Non ego quidem dissuádeo Matrimonium, sed Virginitatis attempo beneficium.

In Secundo Nocturno Antiph.
Specie tua † & pulchritudine tua, intende, prosperè procede & regna. *Psal fer: reliq: ut 2 die*

Die XIII. Februario.

Quarta die in infra Octo. Schol.

In Primo Nocturno Antiph.
Adiuuabit eam † Deus vultu suo. Deus in medio eius non commouebitur.

Psalmi de Feria.

Sermo S Maximi Episcopi.

In Natali S. Agnetis.

LECTIO I.

Cum in toto mundo virginitatis flos Mariæ immatercibilis coronas, innecat, & scepter geram pudoris aulā immaculato conseruet affectus: eovsque integritas perseuerauit ad palmam, ut in pueris trophaeum sanctitatis arriperet, & per vestigia Matris Virginis, ad cœlestem thalamum perueniret. O quam imitabile Virginibus Virgo Scholastica! tu amoris tradidisti exemplū! ô quam sanctum pectoribus dandum Virginis tribuisti responsum, contemnendo mundi diuitias, execrando carnis concupiscentias, & solam Christi pulchritudinem ademando! Accedite ad Puellam

Iuel.

OCTAVARIUM

8
Puellæ, & discite quales inspectore suo circa amorem Christi flammæ accendit. Discite Virgines Christi amorem in ea feruëtem, & omnes mundi diuitias velut stercora recusantem.

LECTIO II.

I Deo enim Sanctorum per litteras traduntur exempla, ut vniuersus pro qualitate sexus modum sui propositi tenet; & sicut per Virginem Virgines, ita per Coniugem coniuges vincere sacerdotali pro Christi amore studeant; ac repugnatione animi, mundi dulcia recusantes, & eius non recusantes austera, ad delectationes perpetuas, & ad gaudia æterna pertingant. Hæc dicentes non vituperamus conjugum casta commercia, sed Virginum perseverantiam adoramus. Non enim Virginitas malis rebus superponenda est, sed rebus optimis præferenda. Quæ enim mundior, & sanctis est sanctior, non indiger malarum rerum vituperatione laudari.

LECTIO III.

V Eni iam Virgo ad Thalamum, quem quæsistii, ut spolas te Virginitas immaculata comproberet Christi. Felix cœterus Virginum, quibus studi-

um est tuæ sequi confessionis vestigia. Habebunt enim tecum coronam in cœlo, quæ tecum superauerunt inimicum in mundo, Nam sicut tibi vestigia prosequenti participatio æternæ remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaque o splendida Christo Dei Filio, & omnibus Angelis atq; Archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus, ut nobis ille tribuat indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmarum.

In Secundo Nocturno Antiphonate multæ † non potuerunt extingueare charitatem.

In Vesperis Commem: S. Valentini Presbyteri & Martyris.

Die XIV. Februarij.
Quinta die infra Oct: S. Schola:

In Primo Nocturno Antiphonate Nigra sum † sed formosa Filiæ Ierusalem; ideo dilexit me Rex & introduxit me in cubiculum suum.

Psalmi Feriales.
Ex Libro S. Cypriani Episcopi & Martyris de disciplina & habitu Virginum.

LECTIO I.
N Unc nobis ad Virgines sermo est, quarum quo subli-

B E N E D I C T I N U M.

9

Sublimior gloria maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atq; ornementum gratiae spiritualis. Læta indoles, laudis & honoris, opus integrum atque incorruptum; Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini; illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atq; in illis largiter floret Ecclesiæ Matris gloria fecunditas: quantoq; plus copiosa Virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium Matris augescit. Ad has loquimur, has adhortamur, affectione potius quam potestate, non quod extremi, & minimi, & humilitatis nostræ admodum concisi, aliquid ad censuram licetivæ vindicemus; sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus.

L E C T I O II.

NE quæ inanis hæc cautio est, & vana formido, quæ ad salutis viam consulit, quæ Dominica, & vitalia præcepta custodit, ut quæ se Christo dicauerint, & à carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo voverint, consument opus suum magnò præmiò destinatum. Nec ornari iam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo studeant, à quo & mercedem Virginitatis

exspectant: dicente ipso Non omnes capiunt verbum hoc, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex vetero matris nati sunt, sic; & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus; & sunt spadones, qui seipso castraverunt propter Regnum Cœlorum.

L E C T I O III.

Denuò quoq; per hanc Angeli vocem continentia munus ostenditur. Virginitas prædicatur. Hi sunt inquit, qui cum mulieribus se non coquinuerunt, Virgines enim permanerunt; hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Neque enim tantum masculis continentia gratiam Dominus repromisit, & feminas præteriit; Sed quoniam feminæ viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est, inscripturis ferè omnibus ad Prothoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculo simul significatur, & feminæ. Quodsi Christum continentia sequitur, & Regno Dei Virginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu, & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

In Secundo nocturno Antiph.
Trahe me post te, in orem curremus vnguentorum tuorum

tuorum, oleum effusum nōmen
tuum.

*In Laudibus comm: S. Valen-
tini Martyr. In Vesperis commem:
SS. Faustini & Iouite Martyrum.*

Die XVI. Februarij.

Sexta die infra Oct: S. Scholast:

*In Primo Nocturno Antiphona.
Veni sponsa Christi, accipe co-
ronā, quam tibi Dominus præ-
parauit in æternū.*

Psalmi de teria.

Sermo S. Augustini Episcopi.

De S. Virginitate. c. 2.

LECTIO I.

Cum vniuersa Ecclesia Virgo
sit, despōlata vni viro Chri-
sto, sicut dicit Apostolus, quātō
digna sunt honore membra e-
ius, quā hoc custodiunt etiam
in ipsa carne, quod tota custodit
in fide, quā imitatur Māter
Viti & Domini sui: Nam Eccle-
sia quoq; & Virgo & Mater est.
Cuius enī integrati consuli-
mus, si Virgo non est? aut cuius
prolem alloquimur; si Mater nō
est? Maria corporaliter Caput
huius corporis peperit. Ecclesia
spiritualiter membra illius capi-
tis parit. In vtraque Virginitas
fecunditatem non impedit; in
vtraq; fecunditās Virginitatem
non adimit.

LECTIO II. Cap. 13.

Virginalis autem integritas &
per piam continentiam, ab

omnī cōcubitu immunitas, An-
gelica portio est; & in carne cor-
ruptibili, incorruptionis perpe-
tuæ meditatio. Cedat huic o-
mnis fecunditas carnis, omnis
pudicitia cōingalis; Ista non est
in potestate, illa non est in æter-
nitate. Fecunditatem carnalem
non habet liberum arbitriū, pu-
dicitiam coniugalem non habet
Cœlum. Profectò habébūt ma-
gnūm aliquid præter cōteros in
illa cōmūni immortalitatē, qui
habent aliquid iam nōn carnis
in carnē.

LECTIO III. Cap. 27.

Sequimini Agnum quocunq; iē-
rit, scripsit ille de vobis. Quō
ire putāmus hunc agnum? quō
nemo eum sequi vel audeat,
vel valeat; nisi vos Virgines.
Quō putamus eum ire? in quōs
saltus & prata? vbi, crēdo, sunt
grādia gaudia; nec gaudia, qua-
lia in ipso Regno Dei cāteris nō
Virginibus erunt; sed à cātero-
rum omnium gaudiōrum sorte
distincta. Gaudium Virginum
Christi, est de Christo, in Chri-
sto, cum Christo, post Christum,
pér Christum, propter Christū.
Gaudia propria Virginū Christi,
nō sunt eadē non Virginū, quā-
vis Christi: nam sunt alijs alia,
sed nullis talia. Ite in hāc, se-
quimini Agnum, quia & Agni
caro vtiique Virgo. Sequimini
Virginitatem cordis, & carnis
quo;

BENEDICTINUM,

II

quocūque ierit. Quid est eum
sequi, nisi imitari?

In Secundo Nocturno Antiph:
Vnguentum effulum † est nomē
tuum, ideo adolescentulæ dile-
xerunt te nimis.

In Laudibus comm: SS. Fausti
ni & Iovita.

Die XVI. Februarij.

Septima die infra Octauam San-
ctæ Scholasticæ Virg.

In Primo Nocturno Antiphona
Pulchra es & decora † Filia Je-
rusalem: terribilis ut castrorum
acies ordinata. Psal: de Feria.

Sermo S. Fulgentij Episcopi.
Epistola 3. ad Probam c. 4.

LECTIO I.

TAM magnum Deus voluit
esse bonum Virginitatis, ut
illud non aliunde, sed ex voca-
bulo dignaretur nominare vir-
tutis. Virginis itaq; si quis velit
diligenter considerare vocabu-
lum, ex virtutis inueniet nomi-
ne deriuatum. Virgo enim dici-
tur quasi Virago. Viraginem ve-
rò scriptura sacra, non ob aliud
vocabulum dicit, nisi quia de viro
sumpta est. Dixitq; Adam: Hoc
nunc os, ex ossibus meis, & caro
de carne mea: hæc vocabitur
Virago: quoniam de viro sum-
pta est. Itaq; cum Virginis no-
men ex nomine viri descende-
rit, quis dubitet quod vir à vir-
tute vocatus sit?

LECTIO II.

ET quia sicut Paulus docet, illa
omnia in figura facta sunt no-
stri; profecto in illa Virgine, quæ
ex Viro siebat costa, futura iam
tunc præfigurabatur Ecclesia,
quæ vere de Viro sumpta, & de
quo sumpta illi coniuncta, vnt-
de habet in veritate virtutem,
vnde habet verum Virginis no-
men. Propter quod hanc Vir-
ginem, id est Virginem quæ de
viro sumpta est, non solum Vir-
ginis, sed etiam Viri nomine
Paulus non dubitat appellare.
Ait enim fidelibus: Despodi e-
nim vos vni viro Virginem car-
tam exhibere Christo. Chri-
stus est quippè vir, de quo hæc
Virgo sumpta est.

LECTIO III.

TYPICè itaq; a Viro dicitur Vir-
ginis vocabulum, quia nomē
à Christo dicitur Christianum,
Christus enim Dei virtus est, &
Dei sapientia, ex quo est Eccle-
sia, quæ Virgo in fide & charita-
te persistens, & sapientiam pos-
sideret, & virtutem: Quæ cùm
in diuersis membris suis habeat
donationes, secundum gratiam,
quæ data est ei differenter; ma-
iore tamen gratiam donationis
in illis membris accepit, in-
quibus ita spiritu aliter Virgo di-
citur, ut etiam corporeæ Virgi-
nitatis integritate portiatur. In
his enim in quibus sic fidem cu-
stodit

stodit rectam; vt etiam carnem ab omni concubitu reseruet intactam, quanto pleniorem habet Virginitatem, tanto plenius & perfectius eiusdem Virginitatis possidet Nomen.

In Secundo Nocturno Antiphona:
Accinxit fortitudine + lumbos suos, & roborauit brachium suum: ideoq; lucerna eius non extinguetur in sempiternum.

Reliq. ut 2. die Oct. Vesp. de Oct. omnia ut in 1. Vesp. Festi.

Die XVII. Februarij.
Octaua S. SCHOLASTICÆ Virginis Duplex.

Officium fit de Communi Virginum Lectiones Primi Nocturni de Scriptura occurrente. In secundo Nocturno.

De Epistola S. Hieronymi Presbiteri ad Eustochium,

De Custodia Virginitatis tomo I. Circa medium.

LECTIO V.

DE Virginibus inquit Paulus
Apostolus præceptum Domini non habeo, Cur? Quia & ipse ut esset Virgo non fuit imperij, sed propriæ voluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eū Vxorē habuisse cōfingunt; cūm de continentia differens, & suadens perpetuam Castitatem, intulerit: Volo autem omnes esse sicut me ipsum. Et infra: Dico autem innuptis & viduis: bonū

est illis, si sic permaneant, sicut & ego. ¶ Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. ¶ Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede & regna. * Et deducet te: *ut supradictum*

LECTIO VI.

QUare ergo non habet Dominus de Virginitate præceptū? Quia maioris est mercédis, quod non cogitur, & offertur. Quia si fuisset Virginitas imperata: nuptiae videbantur ablatae; & durissimum erat contra naturam cōgere, Angelorumque vitam ab hominibus extorquere. Alia fuit in veteri lege felicitas. Ibi dicitur: Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Ierusalem. Et: Maledicta sterilis, quæ non pariebat. Et: Filij tui sicut nouellæ oliuārū in circuitu mēsa tuæ. ¶ Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleum lātitiae. ¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * Propterea:

LECTIO VII.

VAcuus erat orbis; & vt de typicis taceam, Iola erat benedictio liberorum. Propterea & Abram, iam senex Cetura copulatur, & Iacob mandragoris redimitur, & cōclusam Vulvam, in Ecclesia figuram Rachel con-

conqueritur. Paulatim verò in-
crescente sege, Messor immis-
sus est. Virgo Elias, Elisæus Vir-
go, Virgines multi filij Prophè-
tarum. Ieremias dicitur: Et tu
ne accipias vxorem. Sanctifica-
tus in vtero, captiuitate propin-
qua vxorem prohibetur accipe-
re. Alijs verbis idipsū Apostulus
loquitur: Existimo hoc bonū es-
se propter instātem necessitatē.
Quæ est ista necessitas? quæ au-
fert gaudia nuptiarū? Tēpusbre-
uiatum est, in proximō est Nabu-
chodortosof. R. Prudētes Vir-
gint̄ aptate vestras lampades.

* Ecce sponsus venit, exite ob-
uiam eī. ¶ Mediā autem no-
cte clamor factus est. * Ecce
sponsus.

LECTIO VIII. Paulò post.

Inveniebatur ergo, vt dixim⁹,
in viris tantum hoc continen-
tiæ bonum; & in doloribus
iugiter Euā parturiebat. Post-
quam verò Virgo cōcēpit in vte-
ro & peperit nobis Puerum, cū
ius principatus in humeros eius,
Deum Fortem, Patrem futuri
seculi; Soluta maledictio est.
Mors per Euā, vira per MAR-
IA. Ideoque & ditius Virginiti-
tatis dōnum fluxit in fæminas,
quia cōcēpit à fæmina. Statim vt
filius Dei ingressus est super ter-
ram, nouam sibi familiam insti-
tuit, vt qui ab Angelis adora-
batur in Cœlo, haberet Angelos

& in terris. Tunc Holofernī
caput Judith continens amputá-
vit: Tunc Aman, qui interpre-
tatur iniquitas suo combustus est
igni; Tunc primum auditum est:
Quæ non est nupta, cogitat quæ
sunt Domini, vt sit Sancta cor-
pore & spiritu. R. Afferen-
tur Regi Virgines post eam, pro-
ximæ eius: * Afferentur tibi in
lætitia & exultatione. ¶ Specie
tuā & pulchritudine tuā, intē-
de, prosperè procede & regna.
Afferentur tibi. Gloria Patri.
* Afferentur tibi.

In Tertia Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secun-
dum Matthæum.

LECTIO IX. cap. 25. a. 1.

In illo tempore: Dixit Iesus
Discipulis suis parabolā hanc:
Simile est Regnum Cœlorū de-
cem Virginibus, quæ accipien-
tes lampades suas, exierunt ob-
uiam Sponsō, & Sponsæ. Et rel.
Hotmil: S. August: Episc:

Sermo 23: de Verbis Dñi cā. 2.

Intelligamus charissimi, ad o-
mnes nos, id est, ad vniuersā
omnino Ecclesiam, istam perti-
nere parabolam non ad solos
præpositos, nec ad solas plebes,
sed prorsus ad omnes. Quinque
istæ, & quinque Virgines, omnes
omnino sunt animæ Christiano-
rum: Sed vt dicām⁹ vobis, quod
Deo inspirante sentimus, non
qualescumq; animæ, sed tales a-

OCTAVARIUM

nūm̄, quæ habent Catholicam fidem, & habēre videntur bona opera in Ecclesia Dei; & tamen ex ipsis quinque sunt prudentes, & quinque fatuæ. ¶ Hæc est Virgo sapiens quam Domin⁹ vigilantem iauenit, quæ acceptis lampadibus sumpliit secum oleū.

* Et veniente Domino introiuit cum eo ad nuptias. ¶ Me diā nocte clamor factus est, ecce Spōsus venit exite obuiam ei.

* Et veniente.

LECTIO X.

Quae ergo appellatæ sunt quinque, & quare Virginæ, prius videamus. Omnis anima in corpore, ideo quinq̄riō numerō censetur, quia quinque sensibus ūtitur. Qui ergo abstinet se ab illicito visu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gusto, ab illicito tactu; propter ipsam integratam Virginis nomen accepit. Sed si bonū est abstinentia ab illicitis sentiendi motibus, & ideo vnaquæque anima Christiana Virginis nōm̄ accipit; quare quinque admittuntur, quinque autem repelluntur. ¶ Media nocte clamor factus est. * Ecce sponsus venit exite obuiam ei. ¶ Prudentes Virginæ, aptate vestras lampades. * Ecce sponsus.

LECTIO XI.

ET Virginæ sunt & repelluntur, parum cest, quia Virginæ

sunt, & lampades habent; virginæ propter abstinentiam ab illicitis sensibus; lampades habent propter opera bona, de quibus operib⁹ Dominus dicit: Luceant opera vestra coram hominib⁹. Item discipulis dicit: Sine lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, in lumbis accinctis virginitas; in lucernis ardentibus opera bona. Si ergo ab illicitis abstinentia bona est, unde virginitas nōmen accepit, & opera bona laudabilia sunt, quæ significantur lampadibus; Quare quinque admittuntur, & quinque repelluntur. ¶ Induit me Dominus vestimentō salutis, & induit me lætitiae circumdedit me, & tanquam sponsam. * Decorauit me coronā. ¶ Quasi spōsum decoratum coronā & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Decorauit me.

LECTIO XII.

Alias dixit prudentes, alias stultas. Vnde intuemur? unde decernimus? De oleo. Aliquid magnum significat oleum, & yalde magnum. Putas non Caritas est? Quærendo dicim⁹, non sententiam præcipitamus. Vnde mihi videatur per oleum charitas significari, dicam vobis Apostolus dicit: adhuc supereminentiorem vobis vitam demonstro. Si linguis hominum loquar

loquar, & Angelorum, charitatem auctem non habeam, factus sum xratmentū sonans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est supereminens via, id est: charitas, quæ meritò oleo significatur: omnibus enim humoribus oleu supereminet. ¶ Simile est regnum Cœlorum decem Virginibus quæ accipientes lampades suas. * Exierunt obuiam sponsō & sponsa. ¶ Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Exierunt. Gloria Patri. Exierunt.

Si Festum S. Scholastice incidat in diem Cinerum, transferatur in primum diem non impeditum Festō duodecim lectionū post Cineres. Si autē Festum S. Scholastice celebretur ante Quadragesimam, & infra Octauam incidat dies Cinerū. Item, Si dies Octaua veniat in eodem die Cinerum, seruentur que prescribunt Rubriter de Octaua, & de Concurrentibus Officij.

Dies autem infra Octauā si incidat in Quadragesimam, celebretur sub eodem rito cum duabus Lectionibus de sermonibus per Octauam. Tertia verō Lectio de Homilia Feriae, cum Commemoratione eiusdē in Vespere & Laudibus.

Die I. Martij.

Albini Confessoris & Pontificis.

V Duplex. Oratio.

Otia quæsumus Domine,

nos Beati Albini Confessoris tui, atq; Pontificis natalicia restaurent, & ad omne bonum tuā gratiā faciant prop̄siores. Per Dominum nostrum. &c.

In Primo Nocturno. Lectiones De Epistola Prima B. Pauli Apostoli ad Tymotheum? Fidelis Sermo, &c.

In secundo Nocturno.

LECTIO V.

Batus Albinus in Venetica Regione Gallie, Océano Britanico finitima, natus est. Adolescens pietatis & Religionis amore seruens, relictis Parentibus, in Cincilacce cænobium se contulit, vitamq; ibi monasticam professus est. In Abbatis sui ministerio ruri maxima tempestate aliquando deprehensus, sub tectum cuiusdam casæ confugit: quod cùm undiq; perflueret, cæteris qui aderant madefactis omnibus, solum Albinum ne gutta quidem ulla pluia attingit.

LECTIO VI.

A bbatis deinde officiō egregiè vigintiquinq; annis functus est. Cuius virtutibus permotus Andegani populus, dum pastore interim orbatus esset, vñanimi eum cōsensu legit Episcopū. Quem honorem consecutus, totum se in alendis pauperibus, visitandis, redimendisq; captiuis dedit. In quo pietatis cupa-

cupatus obsequiō, apud seginā vicum adolescentem mortuum, Malabaudum nomine, renocuit ad vitam: Maurilio cui cœco visum restituit: aliaq; multa stupenda operatus est, ut merito apud Hildebertum Regem Ostrogothōrum in maximo eset pretio.

LECTIO VII.

ANnis viginti, vel pluribus in Episcopali cura exactis, denique cum impletisset annorum octoginta etatis numerum, virtibus corporis destitutus, Spiritū Deo reddidit.

LECTIO VIII.

CVIS sepulchrū postea, præsertim in translatione corporis: multis miraculis Deus illustrauit, duobus cœcis visu redditio, tribusq; paraliticis sanitati restitutis. Vixit eodem tempore, quō sanctus Cæsarius Areleansis Episcopus, cùm Ostrogothi magnam Galliæ partem obtineret.

In III. Nocturno. Homilia in Euang: Homo peregrē proficisciens: ut in Comm: Conf: Pontif:

Die IV. Martij.

S. CASIMIRI Conf: R.P.P.
Duplex.

Omnia ut in Breuiario Pauli V

Die V. Martij.

S. VENCESLAU Mart: R.P.P.

Translatio. Duplex.

*Omnia de Comm: unig. Mart.
præter ea, qua sequuntur.*

ORATIO.

DE vs qui Beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, & eum ad martyrij palmam ad coelestem perduxisti gloriam; eius precibus nos quæsumus, ab omni aduersitate libera, & æternæ beatitudinis concede perfaci gloriæ. Per Dominum.

*In I. Nocturno. Lectiones:
Fratres debitores sumus, de cōm:
plurim: Martyrum.*

In II. Nocturno.

LECTIO V.

Venceslaus Dux & Martyr Bōémia, Patre Christiano Borziuoiō Principe Bōémia, & Matre Drachomira gentili natus, ad educandum auiax fæminæ sanctæ Ludimilæ à patre traditus, ab ea sic in omni pietate & virtute integritate institutus est, ut primam virginitatem, eam quam ex vtero Matris suæ exportavit, perpetuò conseruaret: cuius custodes alias amplissimas virtutes charitatem, humilitatem, modestiam, verecundiam, & orandi perseveratiā adiunixerat. Cui eidem auiax tanti viri alumnæ, Pater eius morieas, omnem gubernationem Regni committit: cùm Venceslaus adolescentis ad Reipublicæ regimen nondum matu-

maturus esset, mater autem impiè & crudeliter, cum iuniore Filio Boleslao viueret, ac infideles abo more iafideliū dominarentur.

LECTIO VI.

Offensā eā re Drahomira fūrere cœpit, ac vitæ Ludimilæ insidiari. Quam ad extremūm, submissis duobus sicarijs, magis scelere, quam genere nobilibus, per summum scelus interfecit: ipsa summa rerum cum improbo filio potita est, grauis suis, molesta omnib⁹, Christianis iniamicissima. Cuius iniustum & potentem dominatum, dum amplius Bōémi perferre nō possūt, Pragæ Venceslaum iam adulcum iuuehem in Regem eligunt, illiq; habenas Imperij committunt. Quod ille plūs ieiuniō, orationibus, ciliciō, ac alijs pijs operib⁹ rexxit, quam imperiō: illud planè occinens, septies in die laudem dixi tibi, super iudicijia iustitiae tux.

LECTIO VII.

Fvit hic in eo ardor orationis, quod summa hyeme nōnunquam ex pedibus eius sanguis effluxerit: ac ex vestigijs ipsius aliqui incaluerint. Aggressus hūc regnūq; eius erat Dux Curimensis Radislaus: cūmq; multa frustra tentasset, ad extremūm, ipsū ad singulare certamen prouocauit. Suscepit magnō animō cōditionem magn⁹ Princeps, vitā suā

suorum salutem repræsētare voleens: verū Deus ipse crudelis pugnæ dirēptor fuit. Dū enim vir sanctus prælium ingressurus equum eonscendit, aduersarius eius animaduertit illi ab Angelo hastam porrigi, se verò eā voce moneri: Ne feri. Quare perterritus ex equo desilijt, ad pedes sancti veniam petens procidit: quem ad parcēdum, quam ad ylciscendum paratiorem invenit.

LECTIO VIII.

Inuidit & genti, & Principi cā felicitatem generis humani hostis: impiam matrem alteram Attaliam in furias vertit. Hæc filium suum fratris Véceslai malè germanum stimulat, de regno cogitet, fratrem de medio tollat. Sulcipit malum semen improbab̄ ager: in cædem fratris totus effunditur: quem ad funestū convivium vocat. Non recusat iustus Abel, nec insecius, nec inuitus: Sacramentis se præmunit. Post fraternam & hospitalē naturalis filij mensam, proximā nocte ante tēplum orans cæditur: fit Deo gratissima hostia. Nec diu tamen exultauit scelus invictoria: nam & matrem non ita multūm post in arce Pragensi terra absorpsit vivam, & filius non diu gessit principatum fratris sui sanguine comparatum. Alij per dæmones exagitati, vmbram suam timentes, sese præcipi-

cipites in flumen dedérunt, submersiq; sunt. Sanguis quidem iusti Abel, qui hora passionis multus fuit effusus, ad Deum Sancte clamans, multis & iteratis conatibus non potuit aboleri.

*In III. Noct: Homil: in Euang.
Si quis vult post me venire,*

Ut in Com: nunc unius mart:

*Die IX. Martij.
S. S. CYRILLI & METHODII.
Conf: & Pontif: Duplex.*

*Omnia de commo: Conf: Pont:
prater bac. que sequuntur.*

O R A T I O .

Omnipotēs sempiterne Deus, qui nos per Beatos Pōtifices, & Confessores tuos, nostrosque Patronos Cyrillum & Methodium, ad unitatem fidei Christianę vocare dignatus es; præsta quæsumus, ut qui in præsenti eoru festiuitate latamur, ipsorum etiam meritis gloriam cōsequi mereamur æternam. Per Dominū.

In I. Nocturno Lætiones De lib: Ecclesiastici, Laudem viro-

*In II. Noct: LECTIO V.
S*ancti Confessores & Pontifices Cyrillus & Methodij fratres, Constantini Thessalonicensis, cognomēto Philosophi, Civis Constantinopolitani erant filii. Cum adoleuissent, presbyteratus ordinem Constantinopoli consecuti, gentium Slavinarum primi Doctores, viri q; Aposto-

lici facti sunt. Cyrillus Gazaros magnam Slavinōrum gentem, qui tum Tauricam Peninsulam vicinalq; regiones incolebant, à Michæle Imperatore missus, ad Christi fidem convertit. Chersonesum Heracliam eius Peninsulz cīvitatem Gr̄ecam cūm accessisset, dumq; ibi primum Gazarorum linguam disceret, Sancti Clementis Pontificis Romani corpus, cum anchora eidem alligata, in vicino mari temploque marmoreo inuénit. Quod acceptum dum secum circūserret, magna miracula Deus passim per illud operatus est.

LECTIO VI.

Constantinopolim cūm redijsset Cyrillos, denuo à Suato Hugo Rege Morauia ad Imperatorem venit legatio, petente Cyrillum sibi mitti, eiusdem religionis docendæ gratiā. Assumptō igitur fratre Methodio, longum iter ingressus, ad Volgaros Danubij accolas primum diuertit; eis itidem fidem Christi, sacrasq; literas in eorum linguam conuersas tradidit; eas videlicet, quibus non tantum omnes Volgarorum populi, sed multæ quoq; alienæ viuitur nationes, quæ lumen fidei à Volgaris mutuata sunt.

LECTIO VII.

Ad Morauos deinde ambo, nō sine corpore sancti Clementis, perueniunt: Suatoplugum Regem

Regem, Velográdi sedem habérem, cum sua gente baptizant: quin & Bóémia Ducem Roriuó iúm, cum sua vxore sancta Lúdima, eódem sacrò lauacrò tinguunt. Archiepiscopº Velogradí Cyrilº ordinatur: cui adduntur, in amplio Svatoplugi regno, se ptem alij suffragánei Episcopi.

L E C T I O VIII.

F Vndatis tandem Ecclesijs & Christi opere perfecto, Sancti Clementis corpus Romam déferunt: & à Nicolao primo Pontifice impetrant, vt gentibus a se baptizatis lingua vernacula obire sacra licéret: Quod diuinó respólo approbatū esse fertur; vt omnis spiritº laudaret Dñum.

In III. Noct: Aña: de Cónf: Conf: Pont. Can. Vos Sacerdotes. ut in cónf: Apost. Horil: in Euang. Vigilate qui: de cónf: Cónf: lont In II. Vesp. Comm: sequen. Et se- rie si in Quadrages: venerit.

Die XI. Marij

S. FRANCISCA Romanæ Vi- duæ. Duplex.

Omnia ut in breui: g. Martij. Vesp. de sequ: cónf. præced. Et for.

Die XII. Martij

S. GREGORII Papæ Conf: & Ecclésie Doctoris. Duplex.

Omnia ut in Breuatio.

Die XVII. Martij.

S. GERTRUDIS Virg. Dupl. Oratice. Indulgentiam tua in nobis que-

sumus Domine, Beata Gertru- dis imploret, quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtuti. Per Dominum &c.

In I. Noct: Lect: de Epist: 1.B. Pauli Apost: ad Corint. De Vir- ginibus præceptum &c. ut in comm: Virginum.

In II. Noct: LECTIO V.

S Ancta Gertrudis Virgo clarissimis parentibus, Patre Pipinº Magnº Regis Franciæ Procura- tōre domus, Matre verò Itia, Fæminâ pudicissimâ sanctâq; na- ta fuit. Modestiam & humilita- tis virtutē à prima ætate ita co- luit, vt ancillis suis se ministrat ancillamq; præstaret. Rex Dagobertº cùm eâ Duciis Australiæ filio, qui tum in comitatu eius erat, vxorē postularet; Virgo respödit se neq; hunc, neq; mortaliū quę- quam, sed solum Christū Deum sponsum habere velle. Iuueni, ille repulsa passus cùm nihilominus à proposito non desiste- ret, Virgo sancta parentum au- xiliō, in orientalem Franciam, cùm Atalango presbytero, & Barnardo diacono profugit: ibi- que in loco, qui Caroli mons nominatur, per diuinam reuelationem, corpora sanctorū Martyrum Kiliani & sociorū eius in- uenerunt.

L E C T I O VI.

Pipinº Patre, simul & iuene illō procō mortuis, Beata

Gertrudis ad Matrem rediit: domum suam in Monasterium sanctimonialium, Amandō Episcopō adiutorē, conuerterunt. Et ne Gertrudis à quibusdam processiā pliū pateretur insidiās, Mater ipsa filiæ capillum abscedit. Quæ aliquantò post, inter Virgines, suscepto velamine consecrata est. Post obitum Matris, cùm ipsa Monasterij curam suscepisset, vt liberiū Deo seruire, sacriliq; studijs vacare posset, cā exēplō Moysis diuisit in plures.

L E C T I O VII.

In terim non solū in sacrarū literarum scientiā, sed in spiritualibus quoque virtutibus ita profecit, vt à hororibus lux aliquando sphæra igneæ super eā irradiare sit visa. Nuncios quoq; suos in mari periclitantes, iuocata, licet absens corpore, liberavit. Ad hæc Beati Martyris Foillani corpus, indicio supernæ reuelationis, ipsa meruit inuenire. **L E C T I O VIII.**

Cum diuinō spiritu se morti proximam esse cognouisset, vt reliquum trium mensium tēpus in opera pietatis, & beatæ vitæ studium, sanctius expenderet, omnem Monasterij curam Volfetrudi cognatæ suæ tradidit. Sepulturam quamlibet habere vellet, omni pompa vacuam, ordinauit: corpus tantum ciliō, quō vti consueverat, caput

autem vili quodam velo, à sacra quidam virgine donatō, regi voluit. Deinde à Sancto Ultano monacho de die obitūs sui facta certior, anno ætatis suæ trigesimō tertio, sumptuō sacratissimi corporis viaticō, animā suā creatori Deo reddidit: beatō Patritiō, cum sanctis Angelis illi (vt vates Ultanus prædixerat) occurrente. Eadem enim dies, nempē Martij decima septima, sancto Patritio Hibernorū Apostolo iam pridem erat sacra.

In III. noct: Homil: in Euag: Simile erit Regnum cœlorū de cem Virginibus. De cōm: Virg.

Die XXI. Martij.

S S . P . N . B E N E D I C T I
Abbatis. Duplex. cum Octaua.
Omnia ut in Breuiario Pauli V.

Die XXII. Martij.

Secunda Die infra Octa: **S S . P . N . B E N E D I C T I.**

In uitat. Hymnus. ut in die Festi: etiam per totam Octauam.

In I. Nocturno. Antiphona.

Fuit vir t̄ vita venerabilis gratia Benedictus & nomine. *Psal: de Fer: currenti. ¶ & ix. dicuntur inxta rubricas breuiarij. Scilicet Feria 2. ¶ 5. 1. Nocturni Fer: 3. ¶ 6. II. Noct: Fer: 4. ¶ Sabbath: III. Nocturni.*

Incipit lib: 2. S. Greg: Papx.

L E C T I O I .

Fuit

Fuit Vir vita venerabilis, gratia
Benedict⁹ & nominet ab ipso
pueritiae suæ tempore, cor gerens
senile; ætate quippe morib⁹ trā-
scens, nulli voluptati animum de-
dit; Sed dum in hac terra adhuc
esset, quō temporaliter liberè vi-
potuisset, despexit iam quasi ar-
dū mundū cū flore. Quiliberior
genere ex Provincia Nursia ort⁹,
Romæ liberalib⁹ literarū studijs
tradit⁹ fuerat. Sed cū in eis mul-
tos ire per abrupta virtoru cerne-
ret; eum quem quasi in ingressu
mudi posuerat, retraxit pedem :
ne, si quid de scientia ei⁹ atinge-
ret, ipse quoq; in imane præcipi-
tum totus iret. Despectis itaq;
literarum studijs, relicta domo,
rebusque Patris, soli Deo place-
re desiderans, sanctæ conuersa-
tionis habitum quæsiuit. Reces-
sit igitur scienter nescius, & sa-
pienter indoctus.

L E C T I O II.

Hic itaque cūm iam relictis li-
terarum studijs, petere deser-
ta decreuisset, Nutrix quæ hunc
arctius amabat sola secuta est.
Cūmque ad locum venisset, qui
dicitur Enside; multisq; hone-
stioribus viris, pro charitate se
illuc detinentibus, in Beati Petri
Ecclesia demoraretur, prædicta
Nutrix illius ad purgandum tri-
ticum, à vicinis mulieribus præ-
stari sibi Capisteriū petiit, quod
super mensam incautè derelictū

casu accidente fractum est, sic
vt in duas partes inueniretur di-
uisum. Quod mox rediens Nu-
trix illius, vt ita inuenit, vehe-
mentissime flere cœpit, quia vas,
quod præstitum acceperat, fra-

tis secum vtrisq; fracti Capisterij partibus, sese cum lachrymis
in orationem dedit, qui ab ora-
tione surgens, ita iuxta se vas sa-
num reperit, vt in eo inueniri
fracturæ nulla vestigia potuisset;
moxque nutricem suam blandè
consolatus, ei sanum Capisterium
reddidit, quod fractum tu-
lerat. ¶ Quæ res in eodem lo-
co à cunctis est agnita, atq; in-
stantea admiratione habita, vt hoc
ipsum Capisterium, eius loci in-
colæ in Ecclesia ingressu suspe-
derent; quatenus præsentes &
futuri omnes agnoscerent, à quā-
ta Benedictus puer conuersatio-
nis gratiam perfectione cœpil-
set: quod annis multis illuc ante
omnium oculos fuit, & vsq;
ad hæc Longobardorum tempo-
ra super fores Ecclesiæ pepedit.

In Quadragefma, tertia L
*etio erit de Homilia Feria occur-
rentis. cum suo. R.*

In II. Nocturno Antiph:
Ab ipso & pueritiae suæ tempo-
re cor gerens senile, ætatem mo-
C 3 tibus

OCTAVARIUM

ribus transiens, nulli animum
voluptati dedit. *Psal.*: *Feriales.*

Capitulum. Eccl.: 49. ar. 6.
Iustus cor suū tradidit ad vigilā
dum diluculō ad Dominum qui
fecit illum: & in conspectu Al-

ad extreムum verò in amnē de-
riuatur. Quo dum fugiens per-
geret, Monachus quidam Ro-
manus nomine, hunc euntem
reperit, qđo tenderet requisitus.
Cuius cum desideriū cognouis-
t, & secrerum tenuit, & ad-
itorium impēdit, eique sanctæ
ōuersationis habitum tradidit,
& in quantum licuit ministravit.

Vir autem Dei ad eundem locū
perueniens, in arctissimum spe-
cum se tradidit, & tribus annis
exceptō Romanō Monachō ho-
minibus ibi incognitus mansit: &
qui videlicet Romanus, non lō-
gē in Monasterio sub Theodati
Patris Regula degebat. Sed piè
eiusdem Patris sui oculis fura-
batur horas, & quem sibi ad mā-
ducandum surripere poterat, di-
ebus certis Benedicte panem fe-
rebat. ¶ Ad eundem verò spe-
cum à Romani cella iter noī-
erat, quia excelsa desuper rupes
eminebat, sed ex eadem rupē, in
longissimo fune ligatum, Roma-
nus deponere panem consue-
rat, in qua etiam resti paroum
tinctinnabulum inseruit, ut ad
eius sonum Vir Dei cognosceret,
quando sibi Romanus panem
præberet, quem exiens accipe-
ret. Sed antiquus hostis vnius
charitati inuidens, & alterius re-
fectioni, cùm quadam die sub-
mitti panem conspiceret, iusta-
uit lapidem & tinctinnabulum fre-
git.

*Horas Antiph. Hym. Cap. 82. V. ut
in die Festi. Vesp. ut in 2. V. s. Festi.
Quod etiam scrutatur alijs diebus
per Octauam.*

Dic XXIII. Martij.

Tertia die infra Octau; ss. P. N.
BENEDICTI,

In 1. Nocturno. Antiphona.
Liberiori genere † ex Provincia
Nursiae ortus Romæ liberalibus
literarum studijs traditus à Pa-
rentibus fuerat. *Psal.* ser.
De lib. 2. Dialog. S. Greg Pap.

LECTIO I. *Cap. 1.*
Sed Benedictus plus appetens
mala mundi perpeti, quām
laudes, & pro Dño laboribus fa-
rigari, quām viræ huius fauori-
bus extolli, Nutricem suam oc-
cultè fugiens, deserti loci seces-
sum petiit, cui Sublacus voca-
bulum est, qui à Romana Urbe
quadraginta ferè millibus pis-
suim distans, frigidas atq; per-
spicuas emanat aquas: que illic
videlicet aquarum abundantia,
in extenso prius lacu colligitur,

B E N E D I C T I N U M.

23

git. Romanus tamen modis cō-
gruētibus ministrare non desit.

LECTIO II. Cap. 3. in fine.

Cum sanctus Vir diu in eadem
solitudine virtutibus, signis-
que succresceret, multi ab eo in
codem loco ad omnipotētis Dei
seruitium sunt congregati, ita ut
illuc duodecim Monasteria cum
Omnipotentis IESV Christi Do-
mini opitulatione construeret:
in quibus statutis Patribus, duo-
denos Monachos deputauit, pau-
cos verò secum retinuit, quos
adhuc in sua præsentia aptius e-
rudiri iudicauit. Cœpere etiam
tunc ad eum Romānæ Vrbis no-
biles & Religiosi concurrere,
Quosq; ei filios, omni potēti Deo
nutriendos dare. Tunc quoque
bonæ spei suas soboles Euti. hi⁹
Maurum, Tertullus verò Patri-
tius Placidum tradidit: è quib⁹
Maurus iunior, cùm bonis pol-
leret moribus, Magistri adjutor
cœpit existere; Placid⁹ verò Pu-
erilis ad huc in dolis gerebat an-
nos.

In II. Noct Antiphb: Dum in
hac t̄ terra esset, quō tempta-
liter liberè vti potuisset, iam
quasi aridum mundum cum flo-
re despexit. *Cap. V. Et alia ut*
in secunda die Officiale.

Die XXIV. Martij.
Quarta die infra Oct: SS. P. B.

In I. Nocturno Antiphona.

Relictā domō t̄ rebūsq; Patris,
soli Deo placere cupiens, san-
cta cōuersationis habitum quæ-
suiuit. *Psal: Fer:*

De lib: 2. Dialog: S. Greg: Papæ.

LECTIO I. cap. 6.

Alio quoque tempore, Got-
thus quidam pauper spiritu
ad conuersiōnē venit, quem Dei
Vir Benedicetus libentissimē su-
sccepit. Quadam verò die ei da-
ri ferramentum iussit, quod ad
falcis similitudinem falcastrum
vocatur, ut de loco quodam ve-
pres abscinderet, quatenus illic
hortus fieri deberet. Locus autē
ipse quem mundandum Gotth⁹
suscepit, super ipsam faci ri-
pam iacebat. *LECTIO II.*

CVMq; Gotthus idem densita-
tem veprium totius virtutis
annisu succideret, ferrum de ma-
nubrio profiliens in lacum cecidit,
vbi scilicet tanta erat aqua-
rum profunditas, ut spes requi-
rendi ferramenti nulla iam esset.
Itaque ferrō perditō, tremebundus ad Maurum Monachum cu-
currit Gotthus, damnum quod
secerat nunciauit, & reatus sui
egit pænitētiā. § Quod Maur-
us quoque Monachus mox Be-
nedicto famulo Dei curauit in-
dicare. Vir igitur Domini Bene-
dicetus hæc audiens: accessit ad
lacum, tulit de manu Gotthi ma-
nubrium, & misit in lacum: &
mox ferrum de profundo rediit.

atq; in manubriū intravit. Qui statim ferramētum Gotto redidit, dicens: Ecce labora, & noli cōeristari.

In II. Noct: Ant: Recessit igitur † scienter nescius, & sapienter indoctus. *Cap. 8. 8.* *Laud: ut in 2. die. Vesp de seq cōm: feria tantum si venerit in Quadr.*

Die XXV. Martij.
Festum Anaunciationis Beatæ
M A R I Æ Virginis. Duplex.
Omnia ut in breviario. *In Laud: & 11. Vesp. Cōm: Oct: Et ser.*

Die XXVI. Martij.
Sexta die infra Oct: SS. P. Ben:
In 1. Noct: Antiph. Benedicetus † in dies magis augebatur Diuinā gratiā, vt etiam Propheticō spiritu ventura prædiceret.
Psal: Fer 1
De lib 2. Dialog: S. Greg: Papæ,

LECTIO I.

Cap. 8. prope finem.
Sanctus Vir ad alia demigrās loca, non hostem mutauit, nam tantō post grauiora prælia pertulit; quātum contra se apertere pugnātem ipsum malitiæ Magistrum inuenit. Castrum namque quod Cassinum dicitur, in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mens distenso sinu hoc idem castrum recipit, sed per tria milliaria in altum se subrigens velut ad aera cacumen

tendit: vbi vetustissimū sa num fuit, in quo ex antiquorum mo re Gentilium, à stulto rusticorū populo Apollo celebatur. Circumquaq; etiam in cultu dæmonum luci succreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaque vir Dei pereuiens, contriuit idolum, subuertit aram, sucedidit lucos, atq; in ipso templo Apollinis oraculum Beati Martini, vbi verò ara Apollinis fuit, oraculū Sancti Ioannis cōstruxit, & cōmorantem circumquaque multitudinem prædicacione cōtinua ad fidem vocabat.

LECTIO II. Cap. 2.
DVm Fratres parietem, quia res ita exigebat, paulò altius erigerent, vir Dei orationis studio intra cellæ sive claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & ei, quod ad laborantes fratres pergeret, indicauit. Quod vir Dei per nunciū celerrimè Fratribus indicauit dicens: Fratres cautè vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mādatum detulit, vix verba compleuerat, & malignus spiritus eundem parietem, qui ædificabatur euerit, atque vnum puerulū Monachū, cuiusdam Curialis filium opprimentis ruinā contriuit. Contristati omnes ac vehemēter affliti non

et non damnō parietis sed contritione Fratris, venerabili Patri Benedicto celeriter cum gravi luctu nunciarūt. ¶ Tunc idē Pater Benedictus dilaceratum puerum ad se deferri iubet, quē portare nonnisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, non solum eius mēbra, sed etiam ossa cōtrierāt. Præcepitq; vir Dei statim eum in Cella sua in ptyacio, quō orare cōsuetuerat proīcei, missisq; foras fratribus cellam clausit; qui orationi instantiūs, quām solebat incubuit. Mira res eādem horā hunc incolument, atq; vt priū valenter, ad eundem iterum laborem misit: vt ipse quoq; parietem eum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

In II. Noct: Aña. Huic dum etremū t̄ peteret, Roman⁹ Monachus obuiauit: cuius cum dēsiderium cognouisset & secretū tenuit, & adiutorium impendit. *Psal. fer. Cap. V. R. Laud. & Vesp. ut 2. die. Octave.*

Die XXVII. Martij.

Septima die infr: Oct: SS P. B.

In I. Noct: Antiph. Tantam gratiam t̄ ei virtus diuina, con tulerat, vt sub vno solis radio omnem muradum collectū conspiceret. *Psal Fer.*

De lib. Diálog. S. Greg. Papæ.

LECTIO I. Cap. 21.

Aliō quoq; tēpore, in eadem Cāpaniæ regione famē incubuerat, magnaque omnes alimētorū indigentia coangusta bat: iamq; in Benedicti Monasterio triticum deerat, panes verō penē omnes consumpti fuerant, vt non plūs quām quinque ad refectionis horām fratribus inueniri potuissent. Cumq; eos Venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatiōne corrīgere, & rursus promissiōne subleuare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem minus est, sed die crastina abundantē habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modij ante fores cellæ in saccis inventi sunt, quos omnipotens Deus quibus deferentib; transmisisset, nunc usque manet incognitum. Quod cūm fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerūt iam de abundantia, nec in egestate dubitare.

LECTIO I. Cap. 32.

Quodam die cum fratribus ad agri opera fuerat egredius. Quidam verō rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferēs, orbitatis luctu æstuans, ad Monasterium venit, Benedictum Patrem quæsivit. Cui cūm dictum esset, quia idem Pater cum

D fratri-

fratrib^b in agro moraretur, pro
tinus ante Monasterij ianuam
corpus exticti filij proiecit, &
dolore turbatus, ad inueniendū
venerabilē Patrem sese in cur-
sum concitus dedit. Eādem ve-
rō horā Vir Dei ab agri opere
iam cum fratribus reuertebatur.
Quem mox ut orbatus rusticus
alpexit, clamare cœpit, Redde
filium meum, redde filium meū,
¶ Vir autem Dei in hac voce sub-
stitit dicens: Numquid ego fili-
um tuum tibi abstuli? Cui ille
respondit. Mortuus est, veni re-
fuscsita eum. Quod ut mox Dei
famulus audiuit, valdē contri-
status est dicens: Recedite fra-
tres, recedite; hæc nostra non
sunt, sed sanctorum Apostolorū.
Quid nobis onera vultis impo-
nere, quæ non possumus porta-
re? At ille quem nimius cogebat
dolor, in sua petitione perstigit,
iurans quod non recederet, nisi
eius filium resuscitaret. Quem
mox Dei famulus inquisivit di-
cens: Vbi est? cui ille respōdit:
Ecce corpus eius ad ianuam Mo-
nasterij iacet. Vbi cū vir Dei
cum fratribus peruenisset, flexit
genu, & super corpusculum in-
fantis incubuit, seque erigens
ad Cœlum palmas tetēdit. Non
aspicias peccata mea, sed fidem
huius hominis dicens: Domine
qui resuscitari filium suum rogar
&, redde in hoc corpusculum a-

nimam, quam abstulisti. Vix in
oratione verba compleuerat, &
regrediente animā ita corpuscu-
lum pueri omne contremuit, ut
sub oculis omnium qui aderant,
apparuerit concussione mirificā
tremēdo palpitassem. Cuius mox
manum tenuit, & eum Patri vi-
ventem atque incolumē dedit.

In II. Noct. Anno. Pater San-
ctus f^t dum intentam oculorum
aciem in splendore coruscæ lu-
cis habere videretur, vidit Ger-
mani animam Capuaei Episco-
pi, in sphæra ignea ab Angelis
in Cœlū deferrī, Cap. & Laud.
ut in 2. die. Vesp: de Off: dupli: ut
in 1. Vesp: Festi, cum comm: fer.

Die XXVIII. Martij.
Octaua Sæctissimi Patris Nostri
B E N E D I C T I.

Duplex. Totum Offic: fit ut in
die Festo: præter Læt: 1. & 3. No-
cturni. In II. Nocturno

De lib. 2. dialog. S. Greg. Papæ.

L E C T I O V . Cap. 35.
C Vmque Vir Dei Benedictus
quietentibus adhuc fratri-
bus, instans vigilijs, nocturnæ
orationis tempora præuenisset,
ad fenestram stans, & omnipot-
tentem Deum deprecans, subito
intempesta noctis horā respici-
ens, vidit fusam lucem desuper,
cunctas noctis tenebras effugas-
se, tantōque splendore claresce-
re, ut diem vinceret lux illa, quæ
in tene-

in tenebris radiasset. Mira autem res valde, in hac speculatione secuta est: quia sicut post ipse narrauit; omnis etiam mundus, velut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscac lucis infigeret, vident Germani Capuani Episcopi animam in sphera ignea ab Angelis in cœlum deferri.

LECTIO VI.

Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Seruandū diaconum, iteratō bis, terq; eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cumq; ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemq; iam lucis exigua vident. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, Vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta narrauit: statimq; in Cassinum Castrum, Religioso viro Theoprobo mandauit, ut ad Capuanā urbem, sub eadem nocte transmittere, & quid de Germano Episcopo ageretur agnosceret, & indicaret. Factūq; est, & Reuerendissimum virum Germanum Episcopū, is qui missus fuerat, iam defunctum repetit, & requires subtiliter, agnouit eodem momento fuisse illi⁹ obitum, quō Vir Dñi eius agnouit ascensum. **LECTIO VII.**

Eodem verò anno, quō de hac

vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdam longè manentibus. sanctissimi sui obitū denunciauit diem: præsentibus indicens, ut audita per silentium tegerent, absentib⁹ indicās, quod, & quale signum eis fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum verò lui exitū diem, aperiri sibi sepulturā iubet. Qui mox correptus febrib⁹, acri cœpit ardore fatigari, cūmque per dies singulos languor ingraueret, sextā dñe portari se in Orationum à discipulis fecit, ibiq; exitum suum Dominici Corporis, & sanguinis perceptione munivit, atq; inter discipuloru manus imbecillia mēbra sustentās, erectis in cœlum manibus stetit, & ultimum spiritum inter verba orationis efflavit.

LECTIO VIII.

Quā scilicet die duobus fratribus, vni in cella cōmoranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius, atque indissimilis visionis apparuit. Viderūt nāq; quia strata pallijs, atq; innumeris coruscac lampadibus via, rectō orientis tramite ab eius cella, in cœlum vsque tendebatur. Cui venerādo habitu clarus Vir desuper assistens, cuius esset via, quam cernerent inquisiuit. Illi autē se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hæc est via, qua dilectus

lectus Domini Benedictus cœlum ascendit. Tunc itaq; sancti Viri obitum, sicut præsentes Discipuli viderunt, ita absentes ex signo, quod eis prædictū fuerat agnouerunt. Sepultus verò est in Oratorio Beati Ioannis Baptista, quod destructa arā Apollinis, ipse cōstruxit. Qui & in eo specu, in quo prius habitauit, nunc usque, si potentium fides exigat, miraculis coruicat.

In III. Noīt. Lectio Sancti Euāgeliū secundū Matchæum,

LECTIO IX. Cap. 9.

IN illo tempore: Dixit Petrus ad I E S U M: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus Te: Quid ergo erit nobis? Et reliq. Homilia S. Ioannis Chrysostomi.
Homil: in cap 3 ad Rō: circa fin.

Si centuplum hic non recipimus, nos ipsi in causa sumus, qui muruum non damus illi, qui centū reddere potest. Dic enim quæso quid dedit Petrus? Nōne rete scissum tantūm, & calamū, & hamum? Verūm vicissim illi Deus vniuersi orbis domos aperuit, terramq; simul & mare patetfecit, deditq; vt omnes illum in sua vocarent, imò quæ sua erant venderent, & ad illius pedes afferrent, ne in manus quidē tradentes pecuniam, neq; enim id audebant, tantum illi honorem vñā cum munificentia trahuebant.

LECTIO X.

Dices: at ille Petr' erat. Quid tum o bone? Non ista Petro tātū promissa sunt, neq; enim dixit: Tu verò o Petre centuplū accipies solus; sed quisquis reliquerit domos, aut fratres centuplū accipiet. Personarum si quidem differentiā non cognoscit, sed rectè facta magis pensat. Gratiam enim habet Deus, & cùm nobis debet, & cùm soluit.

LECTIO XI.

A Spicit autem Deus creditores suos libentiūs, quām eos qui nihil mutuò dederunt: quib⁹ verò plus debet, eos plus diligit. Quamobrem, si perpetuam cum illo amicitiam inire vis, vide ut multum tibi debeat. Neq; enim perinde delectatur suis debitori⁹ creditor, atq; Christus creditorib⁹: fugit enim quib⁹ nihil debet; quib⁹ verò deber, ad hos potissimum accurrit.

LECTIO XII.

OMNEM igitur lapidem mouentes, curemus Christum debitorem habere; hoc enī præsens tempus, fœnerandi tempus est. Nunc scilicet in indigentia Christus cōstitut⁹ est; si iam illi nihil das mutuò tuorum: certè cùm hinc discesseris, nihil opus habebit: hic enim sitit, hic esurit: Caue igitur illum despicias,
Si venerit in Quadrage. Lectio xi. & xii. in unam cōtrabantur,

BENEDICTINUM.

29

XII. erit de Homili: ser: cam: suo &c. Si ipsū Festum SS. P. N. BENEDICTI, cum sua Oct: transse- ratur post Oct: Pasche. Lect: insr: Oct: hic apposita ibi diuidatur; ut ex duab: siant tres. Et in orat: nō proferatur illa verba: Hodie- rna die. Item in Hym: ad Vesp. lo- cō: Hac die, dicitur: Aurea. Si occurrai Sabbathū Palmarum in octaua die SS. P. N. Bew: fit de Oct: usq: ad Completor: inclusus. Et in II. Vesp. cōm: Dñica seq: Si aut: tem eō Sabbathō non terminet di- es octaua, non debet eō anno prose- qui Oct: sed terminetur ad Nonā Sabbathi prædicti.

In I. Noct. Lect: do cōm: vniq: Marii Amilero &c.

In II. Noct: LECTIO V.

A Dalbertus Bōemus Episcop: & Martyr in clytus, Patre Sla- unico Libicensi Comite, & Ma- tre Strezyllaua, nobilissimis pa- rētibus natus, Vir Spiritu & gra- ciā Apostolicā præditus, plane- que ipse Apostolic⁹, in illud tē- pus diuinā volitate incidit, quo Slavis adhuc in regione umbra mortis habiātibus, sol Euange- lij oriri cœpit. Puer periculoso morbo oppressus, Deo mariti- eius dicatur. Quem non prius parentes domo emittunt, quām totum Psalterium memoria te- neret. — LECTIO VI.

M Agdeburgēsi deinde Episco- pō educādus datur. Quem ille tum ob eximiam indolem, tum ob egregium in studijs pro- fectum complexus, tantum ada- mauit, vt ei pro Voitecho popu- lari nomine, nomen suum Adal- berti in Confirmatione imposu- erit. Nouem totos annos magnā constantiā ibidem commotatus, ob insignes tandem virtutes, sum- munque pietatis studium, post mortem Dietmari Pragensis Epi- scopi, vnanimi totius populi cō- sensu, Principis voluntate, Ot- tonis Imperatoris approbatione solis dæmonijs reclamantibus, Episcopus designatur. Pragam- vili & simplici equō, & frānō ca- nabeo

Die XXIII. Aprilis.

S. ADALBERTI Episcopi & Mart: R.P.P., Duplex.

Omnia de cōmū: Mart: iēp: Pasch. preter ea que hic assignantur.

Ad Magnificat Antiphona.

Magnificet te Domine, tuō re- dempta sanguine Christiana læ- tabunda plebs, annua Adalberti votua celebrans solemnia: cui⁹ morte pretiosa, deuota promit gaudia, vt per eius suffragia tua impenetrer beneficia, alleluia.

nabœō venit: ac post pedib⁹ Ca-
thedram suam adit.

LECTIO VII.

IN Episcopatu ita se gerit, Quar-
ta parte prouentu Episcopus,
more veteri, cōtentus fuit. Mē-
sa eius duodecim pauperes ale-
bat semper. Mēridies pranden-
tem, (præter dies festos) mediā
nox dōrmientem nunquam vi-
dit. Lectus honeste stratus; so-
mni tamen locus humus, & sub-
iectus capiti lapis erat. Summa
& argumētūm vitæ: piē seuer⁹,
& grauiter mitis fuit.

LECTIO VIII.

IN qua cœlesti & angelica vita,
illud Virum Sanctū torquebat,
post tot labores suos, Pragenses
nihil proficere, sed magis in de-
teriū abire: clerum, contra o-
mnem veterem disciplinam, ab
vxoribus abstinere nolle: ciues
incestu ac pluralitate vxorum,
se contaminare: Christianosque
Iudæis in seruitutem venundari.
Fugebat somnus ab oculis boni
pastoris: cūm præsertim in so-
mnis illi Christus apparuisset il-
lā formā, quā Iudæis aliquando
à Iuda venditus erat.

In Tertio Nocturno,
Lectio Sancti Euangelij se-
cundūm Ioannem,

LECTIO IX.

IN illo tempore: Dixit Iesus
Pharisæis: Ego sum pastor bo-

nus. Bonus pastor animam suam
dat pro ouibus suis. Et Reliqua.
Homilia S. Gregorij Papæ.

Est aliquid fratres charissimi,
quod me de vita pastoris ve-
hementer affigit. Ad exteriora
enim negotia delapsi sumus, &
aliud ex honore suscipimus, atq;
aliud ex officio actionis exhibe-
mus. Ministerium prædicatio-
nis relinquim⁹, & ad poenam no-
stram, ut video, Episcopi voca-
mur, qui honoris nomen non
virtutis tenemus. Relinquunt
namq; Deum hi, qui nobis cō-
missi sunt, & tacemus: in pra-
uis actionibus iacent, & corre-
ptionis manus non tendimus:
quotidie per multas nequitias
pereunt, & eos ad infernū ten-
dere negligenter videmus.

LECTIO X.

Sed quomodo nos vitam cor-
rigere valemus alienam, qui
negligimus nostram: Curis enī
sæcularibus intenti, tanto inten-
sibiliores intus efficiuntur, quātò
ad ea, quæ foris sunt, studiosi-
ores videmur. Vnu quippè curæ
terrenæ, à cœlesti desiderio ob-
durescit animus: & dum inso-

B E N E D I C

L E C T I O XI.

Considerate ergo, quid de gregibus agatur, quādo pastores lupi sunt: hi enim custodiām gregis suscipiunt, qui insidiari gregi Dominico non metunt contra quos greges Dei custodire debuerāt. Nulla animarum lucra querimus, ad nostra quotidie studia vacamus; terrena concupiscimus, humanā gloriam intenta mente captamūs.

R. O quām prædicāda & laudanda in Sancto Adalberto excellentia cœlestis gratiæ radiat, cum & in ævo sit teneriore.* Et in diuino Sacerdote Sancto Martyre, Deo munus acceptabile. al-leluia. ¶ Fit in puerō oblatio, Sacrificium in Præsule, holocaustum in Martyre. Et in diuino.

L E C T I O XII.

ET quia eō ipso, quō cæteris Prælati sum⁹, ad agenda quælibet maiorem licentiā habem⁹, susceptæ benedictionis ministeriū vertimus ad ambitionis argumentū. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum Sanctitatis accipimus, & terrenis actibus impliamur. Impletū est in nobis prolecto, quod scriptū est: Et erit sicut populus, sic Sacerdos.

R. Alme præsul & beate Dei Martyr Adalberte confer opem perentibus, tuis sanctis precib⁹, mala pelle; bona pusce, * Præsta

Gloria Patri. Præsta pacis, Te Deum laudamus.

Euangelium.

Sequentia Sancti Euangeliij secundūm Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus pharisæis: Ego sum pastor Bonus. Bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis. Mercenari⁹ autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupū venientē, & dimittit oves, & fugit: & lup⁹ rapit, & dispergit oves, mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus & cognosco meas, & cognoscunt me meæ, sicut, nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audiēnt, & fieri vnum ouile, & vnuus pastor. R. Amen. *Hymnus. Te*

A R I V M

suscipit. Neq; prius tamē, quā ad cōmūne illud Christiani orbis oraculum sedem Apostolicā veniret, ex cuius auctoritate omnia se velle facere constituerat.

LECTIO II.

C Oncilia interī multa vndique colligit: ad montē Casinum venit & voluntatem & institutum suū Patribus illius loci proponit. Suadent illi, vt queretam potius & pacificā vitam in uno loco transigat, quām istam incertam & multis periculis obnoxiam. Confirmat hoc idem cōsilium sanctus Nilus Gr̄ecus, instituta S. Basiliū secutus. Romā eum redire iubet, Leoniq; Abbatii Benedictino S. Bonifacij Romā cōmendat. Vbi quinquēniū totū in omni charitate, humilitate, obedientia, meditatione, miraculis clarus cōmoratur: nullum tamile in eo loco munus ac servile arbitratus, quod non libenter ac sponte obiret.

LECTIO III.

P Er̄tēsi tandem orbitatis suā Pragēses, & ipse Princeps ad Archiepiscopū Moguntinensem duos Monachos Papatē Christianumq; mittunt. Adalbertum Episcopū suū repetunt, omnē mēdationem vitæ pollicentur. Aictit cum ijsdem Nuncijs Romanam ad Pōfificem Archiepis̄ coetus: Pontifex Adalbertum ad eos redire iubet. Qui cū ad quod-

Die XXIV. Aprilis.

S. Georgij Mart: Semidupl.
Omnia ut in Breuiarios. In Laud: cōm:
Oct. Vesp. de seq sine ull: cō.

Die XXV. Aprilis.

S. Marci Euangel: Duplex.
Omnia ut in Breu. In Laud: cōm:
Oct. In II. Vesp cōm: seq: & Oct

Die XXVI. Aprilis.

SS. Cleti & Matell: Pōti Mart:
Semiduplex,
Omnia ut in Breu. In Laud: cōm:
Oct. Vesp: à Cap. de sequenti.

Die XXVII. Aprilis.

Quinta die infr: Oct: S. Adalb.
In I. Noct. Aña. Stabunt iusti † in magna constantia aduersus eos, qui se angustiāuerunt, alleluia.
Psal: fer. 7. & 8. eiusdem Noct:
cuius est absolutio. LECTIO I.

Q Vi cūm vniuersam Diuini Pauli in curandis illis medicinam, prædicandi, instandi,

BENEDICTINUM.

33

quoddam Bòémia oppidum die
Domini peruenisset, ibique fre-
quentes nundinas, & mercatum
offendisset: Hæc est inquit; illa
morum emendatio? Pergit ta-
men ultra.

In II. Noct: Aña. Lux perpe-
tua t lucebit Sanctis tuis Domi-
ne & æternitas temporum, alle-
luia. Psal. Fer.

Capitulum.

Ecce quomodo computati sunt
inter filios Dei, & inter sanctos
sors illorum est. ¶ Pretiosa in
cōspectu Dñi, alleluia, ¶ Mors
sanctorum eius, alleluia. Oratio.
¶ alia ut in die Fœsto. In II. Vesp.
cōm: S. Vitalis Mart.

Die XXVIII. Aprilis.

Sexta die infr. Oct: S. Adalberti.

In I. Noct: Antiph. Ecce quo-
modo t computati sunt inter fi-
lios Dei, & inter sanctos sors il-
lorum est alleluia. Psal: Fer. ¶,
& ¶ eiusdem Noct: cuius absolu-
tio.

LECTIO I.

E Ffunditur vrbs in ample-
xū Præfulis suis pastore suū
submissimè veneratur. Sed non
diuturnū fuit hoc gaudium, subi-
to ad idem voluntarium redeunt.
Quos vir sanctus tamdiu susti-
ner, dum à Sacrarum ædium
violatione continerent: at vbi
eas invadit ac sonres, qui illuc
tāquam ad sanctissimum locum
confugiebant, per vim rapi vi-

det, amplius sibi frustra non esse
laborandum constituit: planèq;
Apostolico Spiritu incitatus, de
gentium cōversione cogitare in-
cipit, Hungarorū inquā Prusso-
rū, & Lituanorū expeditiore hāc
viā ad martyriū ratus. Neq; ta-
men id sine voluntate & bene-
dictione sedis Apostolicæ face-
re voluit. Roman igitur iterum
venit.

LECTIO II.

Ed Moguntinus Episcopum
suum repetit. Pontifex Adal-
bertum solatur, ac eā lege Pragā
redire iubet, si Pragenses parere
voluerint, alioquin institutum
gentium conuertendarum vrge-
re iubet. Pareat anima parere cō-
sueta, Inuisendorum Martyrum
causa, in comitatu Ottonis, qui
tum in Galliā reueredebatur, pro-
ficiuntur; magnō Imperatoris
fructu & ædificatione; quem in
eodem etiam cubiculo secum
vir magnus noctū esse volebat.
Aulicos doctrinā & exemplō e-
docet. In itinere de noua in se
Pragensium iniuria cognoscit,
tres scilicet fratres suos ab illis
esse caſos. Ut autem melius de
tota causa instrueretur, ad pro-
bandam erga se Pragensium vo-
luntatem mittit. De qua cùm
nihil sani cognouisset, Deo gra-
tias egit, Davidicō illō vſus: Di-
rupisti vincula mea tibi sacrifi-
cabo hostiam laudis.

E

LECTIO

LECTIO III.

IN Hungariam igitur cum suo Gaudentio, sive Radzino properat: Regem Geisam in fide ac omni virtute confirmat: filium eius, Diuum Stephanum, vel baptizat (ut alij volunt) vel sacro Christmate confirmat: populum instruit ac solatur: idolorum reliquias subuertit. Annum & amplius ibi moratus, in Poloniā deinde vicinam & cognatā Boēmīs gentem, proficiscitur. Acceptus honorificè à primoribus ceteraq; multitudine, & ab ipso Boleslai Chabro Duce, eandem Poloniā, quam Hungaris nauavit operā; cùm Cracouīz, & in itinere, quā veniebat, tum Gneznāz in primis, & eo quidē maiore studiō, & alacritate, quod linguae & sanguinis cognatio Boēmīs suis cum Poloniā intercederet. Mortuō verò illis diebus Robertō, Gneznensi Archiepiscopō, Adalbertus magnis Principis precibus exorat⁹ sufficitur.

In II. Noct: Antiph: Fulgebunt iusti † sicut sol in cōspectu Dei, alle. Psal: Fer. Capitulum.

Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei & inter sanctos fors illorum est.

¶. Pretiosa in cōspectu Domini, alleluia. ¶ Mors sanctorum eius, alleluia. Oratio: Et alia, ut in die Festa. Vesp: de seq: cōm: Oct:

S. Roberti Abbatis Duplex,
Omnia ut in breuitorio. In Laudes
cōm: Oct: de Vesp: à cap. Oct: omnia
ut in I. Vesp. Festi. cōm: prae ed.

Die XXX. Aprilis.

Octaua S. Adalb: Episc: & Mart.
Omnia ut in die festo: praefer Lett.
In I. Noct: Amileto. In II. G
III que sequuntur.

In II. Noct: LECTIO V.

A Dalbertus Gneznz, ubi triennio commoratus fuisset, viso nocturno divinitus admonitus, iam inde ab initio suscepitam ad Prussos peregrinationem, & grēdimittentibus eum Polonis; persequitur; relictō pro se Gaudentio, sive Radzinō Archiepiscopō.

LECTIO VI.

I Bi dum Religionem Christianam magna cum difficultate & patientia disseminat, à gente barbara & immani, dēmonum & idolorum sacrificulis cum Antistite instigantibus, veneranda mysteria peragens, prope oppidū sinus venedici, quod Fischausum postea Germani dixerē, confessus interficitur, ac à sera plebe in partes dissecatur, capite illius ludibrii causā in palo sublato, die vigesimā tertiā Mensis Aprilis, anno Christi nōgentesimō nonagesimō septimō.

LECTIO VII.

C Vius corpus postea Boleslaus Dux, dilata in aliud tempus vltio-

Die XXIX. Aprilis.

vitiose, à Prussis redemit, & mil-
nimo quidem: propterea quod
appellatum in statere corpus, per
exiguū pōderaret, diuina, ut cre-
ditur est, virtute efficiēt. Tantū
enim argenti, siue auri, (ut alij
volunt) barbari pacti erant, quā-
tum corporis pōdus adæquaret.
Deductum solemni pompā pri-
mū in Tremelneſi Monasterio
collocauit, nec multo post ad
Gneznensem Basilicā transtulit.

LECTIO VIII.

Nec mora cœpit locus, & mo-
numentum incliti Martyris
Christi plurimis & salutarib⁹ hu-
mano generi clarere miraculis.
Hac igitur famā motus Otto Ru-
sus, tertius eius nominis Imper-
ator Roman⁹, ab Italica siue ex-
peditione, siue peregrinatione
revertēs, cum permagno & splé-
dido comitatu, pacatus in Polo-
niam, ad sepulchrum noui Mar-
tyris (quem viuus amabat, & cū
quo aliquando conuersatus fue-
rat) exoluendi voti causā, quod
graui morbo implicat⁹ voverat,
venit. Principi Boleslao prō mu-
nere hospitali lanceā Diui Mau-
ritij, & coronam Regiam do-
nat, Regemq; fieri iubet. Vicis-
sim brachium Diui Adalberti à
novo Rege accepit; quod Ro-
mæ in insula ad Diui Bartholo-
mæi adem ab eo depositū, hac-
tenus conspicitur.

In III. Noſt. Lectio S. Euani.

gelij secundūm Ioannem.

LECTIO IX.

In illo tempore: Dixit I E S U S
Phariseis: Ego sum Pastor bo-
nus. Bonus Pastor animā suam
dat pro ouibus suis. Et Reliqua.
Homilia S. Bernardi Abbatis.

Non omnes sunt amici spōsi,
quos hodie sponsa hinc in-
de assistere cernis, & qui (ut vul-
gō aiunt) eam quasi ad dextrarē
videtur. Pauci admodum sunt,
qui non quā sua sunt querant,
ex omnib⁹ charis eius. Diligunt
munera, nec possunt pariter di-
ligere Christum: quia manus de-
derunt Māmonæ. Intuere, quo-
modo incedunt nitidi & ornati,
circuamisti varietatibus, ranqā
sponsi procedens de thalamo
suo. Nonne si quempā talium
repente eminus procedentem
asperceris, sponsam potius puta-
bis, quām sponsa custodem.

LECTIO X.

VNde verò hanc illis exuber-
are existimas rerū affluētiām,
vestium splendorem, mensarum
luxuriem, congeriem vasorum
argenteorum & aureorum, nisi
de bonis sponsa? Inde est, quod
illa pauper, & inops, & nuda re-
linquitur, facie miseranda, in-
culpā, hispidā, exangui. Propter
hoc, non est hoc tempore ornare
sponsam, sed spoliare: non est
custodiare, sed perdere: non est
defendere, sed exponere: non

est instituere, sed prostituere: nō
est pascere gregem, sed mactare,
& deuorare: dicente de illis Do-
mino: Qui deuorāt plebem me-
am, vt cibum panis.

L E C T I O XI.

Quem dabis mihi de numero
Præpositorum, qui non plus
inuigilet subditorū vacādis mar-
supijs, quam vitijs extirpandis?
Vbi qui orando flectat iram, qui
prædicet annum placabilem Do-
mino? Leuiora loquimur: gra-
uiora grauius manet iudicium.

L E C T I O XII.

SVcessores omnes cupiunt es-
se, imitatores pauci. O utinā
tam vigiles reperirentur ad cu-
ram, quam alacres currunt ad ca-
thedram. Parum est nostris vi-
gilibus, quod non seruant nos,
nisi & perdant. Altō quippe de-
mersi obliuionis somnō, ad nul-
lum Dominicæ cōminationis to-
nitruum expurgescuntur; vt vel
suum ipsorum periculum expa-
vescant. Inde est, vt non parcāt
suis, qui non parcunt sibi, peri-
mentes pariter & pereunte.

Vesp: de seq: cōm: Oct: per Ant.
Sancte Præsul & beate cœlitum
confors Adalberte, qui passione
gloriam, morte meruisti vitam:
tuō deuotā natalitiō tuēre plebē
patrocinio; quō securā pace sæ-
culi pacem mercatur Domini,
alleluia.

Die II. May.

S. SIGISMUNDI REGIS
& Martyris, Duplex.*Omnia de comm: Mart: tempore*
Pasch: præter hæc que hic assigna-
tur. Festum autem Sancti Atba-
nasi transferatur in proximè non
impeditum diem. Oratio.**D**E vs qui Beatus SIGISMUNDVM
Regem temporali & æternō
diadematè cum desiderata Mar-
tyrij corona honorare dignat' es;
tribue quæsum': vt qui eius me-
rita veneramur in terris, ipsius
intercessione ab omnibus prote-
ganimur aduersis. Per Dominum.
In I. Noct: Lect: de lib. sapien-
*tiae. Stabunt iusti. &c.**Jn II. Noct: LECTIO V.***S. SIGISMUNDVS Rex & Martyr,**
Gunebaldo Rege Burgundia
infideli inter fideles natus, à pu-
ero Christianæ fidei addictissim'
ieunijs, orationibus, & elemo-
synis assidue operam dabant. Pa-
tri mortuo succedens, Regnum
è tenebris infidelitaris ad lumen
fidei sanctæ adducere omni stu-
dio conabatur: in quo ille sub-
ditis suis exemplō humilitatis,
sobrietatis, mansuetudinis, pie-
tatis, munificentia, iustitia, reli-
quarumq; virtutum prælucebat.

L E C T I O VI.

ET quamuis secundæ Vxoris
impulsu, filium, quem ex pri-
ore coniuge suscepserat, occidi-
ser; is

set; is tamen lapsus effecit, vt veluti alter Dauid, duriorē p̄nitentiā viam ingressus, maioris gratiā diuinā thesaurum sibi cōpararet. Talia vulnera & cicatrices sanctorum, gloria sunt cœlestis chirurgi. Itaq; cūm memorias sanctorum visitaret, in finibus Sedunorū eius loci, in quo Sanctus Mauritius cum socijs suis passus est, deuotione captus, diuinitū respōsō accepto, Agaunensem Ecclesiā cum Monasterio extruxit, & dotauit. Vbi postea religiosō habitu suscepto, vberes lachrymas cum Sanctorum Martyrum sanguine cōlungebat, pro suis subditōrumque suorum peccatis agens p̄nitentiam.

L E C T I O VII.

INterim Franci, adhuc infides, Burgundiā ingressi, vastare cœperunt. Quibus se Burgundij, qui adhuc in infidelitate persistebant, adiungentes, Regnum & Regem Sigismundum illis prodiderunt. quā illi captum, in pectum veterem profundissimū, apud Caloniam vicum proiecerunt, & submerserunt: vnaque vxorem eius, & filios duos, Hinaldum, & Gunebalum.

L E C T I O VIII.

Corpus eius cœlestibus radijs, aë miraculis multis cœpit clarescere; Siquidem per trienniū fulgores ingentes circa pectum illum visabantur, & Abbatī illig-

loci Angelicā reuelatione imperatum est, vt corpora sanctorum inde leuaret, & in Ecclesia quā sanctis Martyribus Beatus Sigismundus construxerat, honorificē tumularet. Quā motus Abbas reuelatione, annuente Tebertō Frācorum Rege, breui illa Corpora Honofificentissimē in Ecclesia Augunēsi locauit. Vbi ad demonstrādām sanctitatem Beati Sigismundi multi febricitantes, & alijs varijs & insanabilib⁹ morbis laborantes, ad tāctum sacrorum ossium curātur.

*In III. Nōt: Hōmil. in Euang.
Ego sum vitis vera, & Pater me⁹.
Vesp. de S. Cruce cōm: præced.*

Die IV. Maij.

S. FLORIANI Militis & Mart:
Reg: Pol: Patronis. Duplex.

*In I. Vesp: Officiū fit de S. Cruce, &
S. Floriani ianūlū cōm: per Anā.*

O florem Eden purpureū Beatiissimum Florianum, qui sæculi militiam in vita commutans innocentiam ad martyrij agonem per fidei properans confessionē, pro Christo latus occubuit, regnumq; sempiternum obtinuit, allel. ¶ Sancti & iusti in Dño gaudete, all. ¶ Vos elegit De⁹ in hereditatē sibi, all. *Oratio.*

DE vs, qui nos beati Floriani Martyris tui solemnitate laxificas, concede propitius, vt cuius gloriosum triumphum ven-

ramur in terris, societatis eius
lætitiam adipisci mereamur in
cœlis. Per Dominum.

*Ad Matutinum Inuit. Exultet
in Domino Sancti, allel. Psal.
Venite exultem⁹. &c. Hymnus.*

Gratuletur Ecclesia,
Noua laudum præconia,
Dei canens cum gratia,
Pro Floriani gloria.
Hic apud Vrbem Theciam,
Linquens domū, familiam,
Laureacum accelerat,
Quā sanctos pati nouerat.
Mox à commilitonibus,
Tentus, verbis, verberibus,
Iam ulcetur, iam frāgitur,
Nec à fide reflectitur.
Hinc vnicis fractis scapulis,
Vit insons sine maculis,
Dum iactatur in flumine,
Tortor priuatūr lumine.
In petra corpus nobile,
Cura seruatur Aquilæ :
Quod ut mandet terræ, piæ
Martyr monet Valeriam.
Cùm ad humandum ducitur,
Iumentum siti præmitur,
Mirè tamen reficitur,
Fons nouus quia funditur.
Quæsumus auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre & sancto Spiritu
In sempiterna sœcula, Amen.

*In I. Noct. Aña. P. & P. de
cōm. mari. temp. Pasch. Lecti I.
Noct. Fratres debitores.*

In II. Noct. LECTIO V.

Florian⁹ Martyr passus est Diocletianó & Maximianó Imperatoribus, persecutione decimi
cāq; ultimā: Cùm Theciz audierat, quadraginta milites, qui
sub eius signis aliquando stipendia merebāt, Laureacum Norici
martyrij causa ablegatos, ac ibi
varijs tormentis consumptos es-
se, festinè ad illud oppidum se
contulit: turpè putans vetera-
num in tam pulchra victoria à
tyronibus vinci.

LECTIO VI.

Comprehensus s̄istitur Aqui-
lino Præfecto. Qui cum in
confessione Iesu Christi cor-
stater perseveraret; fustib⁹, Præ-
fecti iussu, semel atq; iterum ex-
ditur in seculis, deinde ferrō
acutō grauiter verberatur. Ad
extremum, saxō ad collum ap-
pensò in flumum Anasum deiici-
iubetur. Gaudens ibat à cōspe-
ctu iudicis Florian⁹. Ad pōrem
vbi venit, impetrat orationis tē-
pus. In qua cum tota hora cō-
moraretur; audacior quidam ac-
currit, martyrem in flumum de-
iecit, in quem confessim cecidit
caligo, & tenebrae.

LECTIO VII.

Sed ecce Dei seruis seruiunt
omnia; deportat fluvius san-
cti cor-

Et corpus, & ad Saxum expoait.
Mitetur à Deo inusitatæ magnitudinis aquila : quæ corpus sancti ab omni protexit iniuria. Apparet demum in somnis pia cui dam mulieri Valeræ, ac ut corpus suum cōdat, admonet. Romanam postea transfertur, ac cum Principibus Diaconis Stephano & Laurentio collocatur, magno vrbis solatio ac præsidio. Nam eius aduentu omnis barbarorum furor, qui tum urbem, ac universam Italiam vexabat, resedit, paxq; optata restituta est.

L E C T I O VIII.

Andē anno Domini millesimō cēcēsimō octogesimō tertio, Casimir⁹, bellō & pace clarus Poloniæ Princeps, unā cum Gedone Episcopo Cracoviēsi, ad Lucium tertium summū Pōtīfīcem mittunt, precantes, vt illis alicuius è sanctis martyrib⁹ ossa impertiatur. qui genti & vrbī contra Prussos, Tartaros, aliasq; barbaras gentes, pro muro & vallo esset. Mittuntur ergo per Egidium Episcopum Mutinensem sacra ossa. Gens tota cum Rege suo ad septem milliaria tāti hospiti obuiam effusa prodit.

Deponitur honorifice Martyr in templo à Casimiro extructo : pars corporis in primarium templum defertur, ac in marmoreo altari includitur. Et sicut Ieronymus Stephanō, Roma Lauren-

tiō, ita suō gaudēt Polonia Florianō. In III. Nocturno.

Lectio Sancti Euāgelij secundū Ioannem. LECTIO IX.

In illo tempore : Dixit Iesus Discipulis suis : Ego sum vitis vera : & Pater meus agricola est. Et reliqua. Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Vt quantū oporteat inhādere sibi & ab eo pendere, & quācum nobis hoc prodest, ostenderet, vitem seipsum exempli ratione, & palmites affixos in eo credentes appellauit : qui participations spiritus, per quem saluatori cōiungimur, naturæ suæ communicamus. Qui enim Dominō, vt ait Paulus adhāret, vñ est spiritus cum eo.

LECTIO X.

Vēadmodū igitur voce Propheticā basis & fundamentū appellatur (in ipso enim edificamur viui lapides, spiritualesque facti, ad habitaculum Dei in spiritu, & sacerdotium sanctum nec edificari nisi per Christum possumus) sic vitis appellatur, vñ Mater & nutrix palmitum.

LECTIO XI.

R egenerati enim ex Christo, & per ipsum in spiritu sumus ad referendum fructum vitez, nō illius prisca : sed hui' nouæ, quæ est per fidem, & charitatē erga ipsum, & Quām venerand⁹, dū seſe

sele cōmilitonem Christi fatetur
Supplicem: * Et mox ad scuū
ducitur iudicem, allel. ¶ Sed
nec blandimentis separari à re-
cta fide quiuit, nec tormētis. Et
mox.

LECTIO XII.

Conservamur autē in hoc sta-
tu, & ad hoc ut ita dixerim,
inserti quodāmodo ipsi sum⁹, id
est firmiter retinētes tradita no-
bis ab ipso mandata, studentesq;
hui⁹ nobilitatis bonum seruare.
Quod sit, si spiritum sanctum,
per quem in nobis Deus habitat,
non offendamus. ¶ Ad pontē
Anasi fluminis iussu perditur A-
quilini p̄̄xidis: vnde facta ora-
tione pr̄cipitatur, sed abunda
super lapidem reclinatur. * Vbi
ab aquila corpus eius expansis
alii seruatur, alleluia. ¶ Cūm
cederit iustus, non collidetur:
quia Dominus supponit manum
suam. Vbi ab aquila, Gloria Pa-
tri. Vbi ab aquila. Te Deū laud.

Euāgelium. Ego sum vitis ve-
ra & Pater meus. **D**e cōm: Marti
tempore: Paschali. **O**ratio. Deus
qui nos. *ut supra*.

Ad Laud: & per Horas Antiph: Sancti tui. *ut in cōm: Marti: temp:* Pasch. Cap. Stabūt iusti. ¶ breue:
Sancti & iusti. **Hymnus.**

SEp̄e Martyr verberatus,
Vncis carnem laceratus,
Deum, dicens, colo Trinum;
Confucavit Aquilinum,

Idem facis Aquiline,
Quod premētes florē spinæ;
Pungis, premis sanctū florem,
Reddit pressus flos odorem.
Nunc, ô Martyr Dei chare,
Fac nos hostes debellare,
Impugnātes fidem Christi,
Quam tenendo, non cessisti.
Quæsum⁹ Auctor omnium, &c.
¶ Pretiosa in conspectu Do-
mini, alleluia. ¶ Mors sancto-
rum eius, all. *Ad Benedict⁹ Anā.*
Dum æternæ diei aurora illu-
xerit, dum tuba nouissima inso-
nuerit præclare Martyr Floria-
ne, nos digneris adiuuare, vt
gratiā solis iustitiae sanctorū per-
fruamur splendore, alleluia.
*Veff. à Cap: de seq. cōm: precede
per Antiph. O Florem Eden. ¶*
Pretiosa in conspectu, &c.
Oratio. Deus qui nos, *ut supra*,

Die V. Maij.

S. Hugonis Abbatis. Dupl.
Omnia ut in cōm: Conf: non Pōt.
Oratio. Intercessio. *In I. Noct:*
Legi. Beatus vir qui inuētus est.
ut in cōm: Conf: non Pontificis.

In II. Noct. LEGTIO V.

SAnctus Hugo nobilis sanguine,
Patrem habuit Palmatiū,
Matrem verò Remburgam. Ad-
huc juuenis Regum aut Princi-
pum aulas frequentare abhorre-
bat, quæ causa fuit, vt inuitis pa-
rentibus, ad Monasteriū Clunia-
cense confugerit, in quo Odilo-
nem

BENEDICTINUM;

41

nem Abbatem in spiritualib^o habuit præceptorē. Habitum Religiōnis susceptrō, ita laudabiliter vixit; ut tum propter diuinās virtutes, quas in ipso omnes mirabantur, tum propter eminentē vitā sanctitatē, eiusdem cēnobij Prior fuerit electus, & post Abbatis mortem, omnium consensu & voce, in eius locum successerit. Tantō divini amoris ardore flagrabit, ut solā præsentia dæmones sēpiissimē fugauerit.

LECTIO VI.

PACEM cōposuit inter Haganum Episcopum Augustodunensem, & Rumbertum Duxem Burgundiae, qui varijs modis dictum Præsulem affligebat. Cūm verò de pace coram Burgundiae Proceribus sermo haberetur, vir quidā cœc' deformis, & horrid' prodīt, qui nulli cognitus euangelīcens, dæmonē esse nō querunt omnes, per quem inimicitia alebantur. Stupentibus omnibus & præ timore clamantibus, Sanctus Hugo tumultum sedauit; in cuius capite candida colubā descendens, longo tempore requievit. Singularis fuit in pauperes, & agrotos ipsius charitas, quos maximā curā subleuabat, suisq;

LECTIO VII.

A Delphonsum Hispaniæ Regē ē manib⁹ Fratrib⁹ sui Sanctij, eum Regnō priuare volentis eripuit, in quo illius ope fuit confirmatus, tantiq; beneficij non immemor iussit, vt annuus census Monasterio Cluniacēsi à Patre Ferdinandō assignatus, in posterūm duplicaretur. Tanta autem Sancti Hugonis erat Sanctitas, vt summi Pontifices, & Imperatores, Reges ac Principes eum colerent, ac mirarentur. Cognitus ab Italīs, Hispanis, & Anglis, mira omnibus Sanctitatis exempla præbebat. Multa Propheetia spiritu prænuntiauit.

LECTIO VIII.

DENIQ; vir Dei seniō, & ieuniūs confessus, in leuem morbum incidit; sed antequam sanctissimam efflaret animam, Fulgentius Abbas in oratione positus, duos vidit Angelos, in cœlo portantes lectulos mirifici fulgoris, magnā voce clamantes; In his duobus lectulis Anselmus Archiepiscopo cantorib⁹, & Hugo Abbas Cluniacensis requiescent. Ex quibus evidenter cognouit Beatum Hugonem feliciter vitā termināsse, & ad optatum terminum peruenisse.

*In III. No& Homil: in Euang.
Ecce nos reliquimus omnia ut in
omm: Apostolorūm.*

Die VIII,

Die VIII. Maij.

S. STANISLAI EPISCOPI
& Martyris. R.P.P. Duplex.

Omnia de Cōm: Mart: temp: Pa-

scib: prēter ea quæ hic affiguntur.

Ad Vesp Capitulum.

Omnis Pontifex ex hominibus
assumptus, pro hominibus con-
stituitur in ijs quæ sunt ad Deum,
ut offerat dona & sacrificia pro
peccatis. *¶. br.* Lux perpetua
lucet Sanctis tuis Dñe. * Alle-
luia allel Lux perp: *¶.* Et æter-
nitas temporum. Alleluia allel.
Gloria Patri. Lux perpetua.

Hymnus.

GAUDE Mater Polonia,
Prole fœcunda Nobili;
Summi Regis magnalia,
Laude frequenta vigili.
Cuius benigna gratia,
Stanislai Pontificis
Passionis insignia,
Signis fulgent mirificis.
Hic certans pro justitia,
Regis non cedit furia;
Stat pro plebis iniuria,
Christi miles in acie.
Tyranni truculentian,
Qui dum constanter arguit;
Martyrij victoriam,
Membratim cæsus merit
Nouum pandit miraculum,
Splendor in sancto cœlio:
Redintegrat corpusculum
Sparsum cœlestis medicus
Sic Stanislaus Pontifex,

Transit ad cœli curiam;
Ut apud Deum opifex,
Nobis imploret veniam.

Poscentes eius merita,
Salutis dona referunt;
Morte præuenti subita,
Ad vitæ portum redeunt;
Cuius ad tactum annuli,
Morbi fugantur turgidi;
Ad locum Sancti tumuli,
Multi curantur languidi.
Surdis auditus redditur,
Claudis gressus officium,
Murorum lingua soluitur,
Ec fugatur Dæmonium.

Ergo Felix Cracouia,
Sacra dotata corpore,
Deum qui fecit omnia;
Benedic omni tempore.
Sit Trinitati gloria,
Laus, honor, iubilatio;
De Martyris victoria,
Sit Nobis exultatio, Amen.
¶. Sancti & iusti in Domino
gaudente, alleluia.
¶. Vos elegit Deus in heredi-
tatem sibi, alleluia.

Ad Magnificat Antiphona:
O Beate Stanislæ, Præsul ple-
bis Cracouæ, cuius signa vi-
ctoriae, latè patent Poloniæ: nā
donò Christi gratia, pestes cu-
rantur variæ. Tua Martyr ege-
retur, sed et nos.

lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiā: & consumatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causā salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex, iuxta ordinem Melchisedech.

LECTIO IV.

Ex Epistola Beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

LECTIO I. Cap. 5.

OMNIS Pontifex ex hominib⁹ assūptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deū, ut offerat dona & Sacrificia pro peccatis: qui cōdolere possit ijs, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circūdatus est infirmitate; & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetiplo offerre pro peccatis.

LECTIO II.

NEC quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquā Aaron. Sic & Christus, nō semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum secundūm ordinem Melchisedech.

LECTIO III.

QVI in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido &

DE quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendū. Etenim cùm deberetis Magistri esse propter tempus; rursus indigeris, vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solidō cibō. Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiae, parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ac mali.

In II. noct: LECTIO V.

STANISLAUS Scepanoviūs Polonus de Nobili Prissorum familia, Patre Velisslao, Matre Bogna, pijs & locupletibus parentibus natus est: Hi cùm multis annis steriles essent, ad Deum omnis fœcunditatis auctorem confugint, vt pro sua benigna voluntate, illis liberos dare vellet; pacti voto, se, quidquid id esset, quod ex illis nasceretur, ipsi soli, eiusq; cultui sanctissimo addictu-

addicturos; ad trigesimum tam
men propemodum annum eorum
desideria differebantur. Vnde
cum coniiceret id Deum nolle
quod illi sumoperè vellent, vo
luntatem suam diuinæ voluntati
& sollicitudinem à carne & san
guine ad fructus spiritales trās
ferunt.

LECTIO VI.

Ecce verò adest præsens, &
nec opinatus quidē, sine ma
gna Matris molestia, part⁹. Cre
scit, non magis corporis, quam
animi viribus: modestus, pudici
cus, ad omne genus doctrinæ &
pietatis propensus puer. Quod
dum parentes vident, votis suis,
& pueri ingenio deesse nolunt.
Gnezziam illum, & Regni & li
terarū tunc sedem, mittunt. Sed
non diu hic nidus tantum potu
it cōtinere ingenium: Lutetiam
igitur Parisiorum urbem, studijs
literarum ex antiquo cèlebrem,
mittitur. Hic se totum cum alijs
studijs, tum præcipue Theolo
giæ, ac iuri Canonici tradit.

LECTIO VII.

Redit domū, cāquam ex mer
catura mercator bonus; integ
ris suis, pietate, modestia, ca
stitate, saceritate: quæfuis mul
tis excellenti doctrinā, rerum
gerēdarum dexteritate summa.
Famā eius permotus Lampertus
Episcopus Cracoviensis, vir pi

Etus reddere cœpit; in omnibus
seipsum præbens exemplum bo
norum operum: in doctrina, in
integritate, in grauitate, verbum
sanum & irreprehensibile, ut ij
qui ex aduerso essent veterētur,
nihil habentes dicere malum de
illo. Quod dum Lampertus se
niō & ætate cōfectus, in illo vi
det, ipsum vniuersitatem Ecclesiæ,
atq; adeo domui suæ, tanquam
alterum Iosephum præficit.

In Tertio nocturno.

LECTIO Sancti Euangeliū se
cundūm Ioannem.

LECTIO IX. Cap. 10.

In illo tempore: Dixit Iesu
Pharisæis: Ego sum Pastor bo
num. Bonus pastor animam su
am dat pro ouibus suis. Et reliq.

Homilia Sancti Augustini

Episcopi.

Avidiuimus Dominum Iesum
cōmendantē nobis boni pa
storis officium: in qua commen
datione admonuit nos vtq; ut
intelligi datur, bonos esse Pa
stores. Et tamen ne intelligereretur
peruersō modō multitudo Pa
storū,

rum, Ego sum inquit, pastor bonus, & vnde sit pastor bon^o, cōsequenter ostendit: Pastor inquit, bonus animam suam pro ouibus ponit. Pastor ergo bon^o Christus. Quid Petrus? nonne bonus pastor? nonne & ipse animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus? quid cæteri Apostoli? Quid eorum tempora cōsequentes beati Episcopi Martyres? quid etiam iste Sanctus Stanislaus; nonne omnes pastores boni, non mercenarij de quibus dicitur: Amen dico vobis, percepérūt mercedē suam? Omnes ergo illi pastores boni, non solum quia sanguinem fuderunt;

autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce venitur ad passio- nem, ecce venitur & ad sanguinis effusionem, venitur & ad corporum incensionem; & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde c haritatem, prosunt omnia: detrahe charitatem, nihil prosunt cætera.

LECTIO XI.

Quale bonum est charitas ista fratres? quid pretiosissima? quid luminosius? quid firmius? quid utilius? quid securius? Multa sunt Dei dona, quæ tamen habent & mali, qui dicturi sunt: Domine in nomine tuo prophetauimus; in nomine tuo dæmonia eieci- mus; in nomine tuo virtutes multas fecimus. Nec respondebit ille, non fecisti: non enim, in conspectu tanti iudicis audebunt mentiri, aut iactare, quæ non fecerunt; sed quia charitatem non habuerunt, respondebit omnibus illis: Non noui vos.

R. O venerandā Martyris con-

stitutio, ut hoc patre acci-
bati facilius furentur, quia lupi
sunt. Si autem vultis scire in-
quo numero habendi sunt; pa-
storem bonum, Paulum Aposto-
lum audite: quoniā non omnes
qui corpora sua in passione eti-
am ignib[us] tradunt, & stimandi
sunt sanguinem fudisse non pro
ouibus, sed potius contra oues.
Si distribuero inquit omnia mea
pauperibus, & tradidero corpus
meum ut ardeam, charitatem

OCTAVARIVM

convictus non amat unitatem? Hanc Dominus uitatem commendans pastores bonos, noluit multos appellare pastores. Neq; enim ut dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus, Apostoli cæteri, & posteriores Sancti Episcopi, beat^o Stanisla^o? omnes hi pastores boni, & tamen ille pastoribus bonis non cōmendavit pastores bonos, sed Pastorem bonum. Ego sum inquit, pastor bonus. ¶ Pastor cadit in gregis medio; dormit sponsus in sponsæ gremio: Mater plorans gaudet in filio. * Quia viuit viator sub gladio, allelu. ¶ Cletri plebisq; concio, in patris natatio, iubilet cum tripudio, prorstante beneficio. Quia viuit. Gloria Patri. Quia viuit.

Euang. Ego sum Pastor bonus ut supra in fest: S. Adalb. fol. 31.

Ad Laud Ant: Psal. ut in comm. Mart: temp: Pasch. Cap: Omni. Pontifex. Bz. breu: Sancti & iusti. *Hymn.* Martyr Dei. ¶ *Pre-*
tiosa.

Ad Sextam Capitulum.: Qui cōdolere possit ijs, qui ignorant & errant: quoniam & ipsi circumdatuſ est infirmitate: E propterea debet quēadmodum pro populo, ita etiam & pro se metipſo offerre pro peccatis.

¶ Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, alleluia. ¶ Eternitas temporum, alleluia.

Ad Nonam Capitulum.

Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis fact^o.

¶ Lætitia sempiterna super capita eorum, allel. ¶ Gaudiu & exultationē obtinebunt, all.

Die IX. Maij.

S. Gregorij Nazyanzeni Episco-
pi & Cōfessoris. Duplex.
Omnia ut in Breuiario. In Laud
cōm: Oct: Vesp: de seq: com: pre-
ced. Oct: & SS. Gordiani & Epi-
machi. Martyrum.

Die X. Maij.

Apparitio S. Michælis. Duplex.
Omnia ut in Breuiari. In Laud
Com: Oct: & SS. Mart. In II.
Vesp: com: sequi & Octaua.

Die XI.

Die XI. Maij.

S. Maioli Abbatis. Duplex.
Oratio. Intercessio. de cōm; Conf;
non Pontificis.

In I. Noct. Lect. Beatus Vir qui
inuenit^o est. *de cōm. Conf; nō Por.*

In II. Noct. LECTIO V.

Fuit Beatus Pater Maiol^o, præ-
claro ortus schemate, & à pa-
rentibus maximā curā ab infan-
tia nobiliter enutritus; procedē-
te pueritiae tempore, Ecclesiasti-
cis studijs totum se dedit, ita vt
iam socios longius antecelleret.
Supernō igitur nutri, diuinaque
prudentiā actum est, vt totum
adolescentiā tempus diuinis li-
teris arctius intentus, sine casti-
tatis amittendae periculo transi-
gerit; vt per totū vitā suā spa-
tiū in corpore suo virginēum
deus retineret. Iuvenili ian-
imminēte ætate, altiora & poti-
ora in diuinis, acriora & grauiorā
in humanis fortiter attētavit:
& ideo per vtramq; exercitatus
doctrinam Lugdunum venit, vbi
sub Antonio viro erudito & pru-
denti in omnib^o scientijs docti-
simus evasit. *LECTIO VI.*

Poste verò à supra dicta Vr
be discedens ad ciuitatē Mar-
ticēsem venit, ibiq; à Patria Pro-
ceribus, à ciubus, & amicis in-
stanter rogatus, per aliquos dies
apud illos mansit. Cuius sancti-
tatis fama mirabilisq; doctrina

latere non potuit, huius ciuita-
tis Episcopum, à quo humiliter
invitat^o est, vt Clericorum, Ci-
uiumq; consulu, in eadem Ec-
clesia Archidiaconatū officium
administrare non designaretur;
cuius precibus cum humilitate
acquiescēs, iniunctum sibi opus
fideliter consummavit.

LECTIO VII.

Sed ad perfectiorem viuendi
modum aspirans, Hildebran-
di consilio Religionem Cluniac-
ensem est ingressus, quem San-
ctus Aymard^o, cui postea in Ab-
batiali dignitate successit, post
sex annos in Religione cū on-
nū admiratione consummatōs, in
sui officij adiutoriū vocauit, cui
securus onera sua partiretur. In
quo munere tot tantq; Sancti-
tatis præbebat argumenta, vt su-
is orationibus febricitantes cu-
raret, languidos sanaret, oppres-
tos à dæmonē signo Sanctæ Cru-
cis veluti fulmine percussos li-
berarer. Multa & alia edidit mi-
racula, quibus factū est, ut apud
summos Pōtifices, Imperatores,
Reges, & Principes, magno in
honore haberetur.

LECTIO VIII.

Tandem cū summam attigis-
set ætatem, vitamq; cœlestē
& Angelicā egisset, meritorum
potius quam annorum pondere
onustus, inter discipulorum ma-
nus expirauit, qui tanū Patris
obitum

obitum inconsolabiliter lamentabatur, anno Domini nongentesimo nonagesimo quartō, quinto Idus Maij. Cuius sacrum corpus Hugo Rex Galliæ magnificis cohonestauit exequijs, ditissimōq; sepulchrō condidit.

In III. Noct. Homil. in Euang. Ecce nos reliquimus omnia. de cōm Apost. In Laud: cōm: Oct: In II. Vesp. Cōm seq: & Oct.

Die XII. Maij.

SS. Nerei & Achillei & cæterorum Martyrum Semiduplex. Omnia ut in Breu: In Laud: cōm. Oct. Vesp. & cap. de Oct: cōm: precead.

Die XIII. Maij.

Sexta die infr. Oct: S. Stanislai. Inuit: & Hymn: ut in die Festi. In I. Noct: Antiph. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt, all. Psal: Fer. V. & R. eiusdem Noct: cuius eß absolutio.

LECTIO I.

MOritur plenus dierū Lāperi: in cuius locum à sacro collegio, vniuersō populō experente, sufficitur Stanislaus. Ponitur lucerna ardens super candelabru, vt luceat in domo Domini. Cunatur multū fortis athleta, nec ita facile in stadium ingreditur. Horret onus Angelicis etiā humeris formidandū: vicit tamē charitas: vicit voluntas, volū-

tati Dei ac maiorum parere as- sueta. Ingressus fortissimus milles in arenam, ex qua nonisi vi- citor morte deceperus erat, in- duit loricam iustitiae, & charita- tis, calceat pedes suos præpara- tionie Euangelij pacis: in omni- bus sumens scutum fidei, in quo possit omnia ignea tela nequissimi hostis extingui; galeam sa- lutis & gladium Spiritus, quod est verbū Dei, accipit, per omne orationē & obsecrationē, orans omni tempore in spiritu, & in ipso vigilans in omni instantia & obsecratione, pro omnibus Sanctis. Sic armatus, primū circa se omnia diligenter videt, ne quid apertum aut superstici- sit, quo ab hoste teneri, & in quo vulnus infligi possit: dominus de- inde suæ semitas omnes cōside- rat, ne à latronibus suffodiatur, ne ab inimico homine suc- cedatur. Quam eandem domum, pauperum ac hospitum diuersiorum facit: orphanos & viduas conscribi iubet, vt cuiq; panem frangat in tempore suo. Circū- it annis singulis omnes Dioce- sis suæ partes, non solum altari- um, aut sacræ supellestilis mun- ditiem videns, sed multò magis ipsorum Sacerdotum, qui altari- bus inseruiunt, vitam & integri- tatem examinās, vt Sancta San- ctè administrent; nec vt ipsi soli sancti sint, qui portant vasa Do-

minæ,

mini; sed domui etiam sux atq;
vniuersitate familiæ benè præsent
In quo omni studiō suō patientia
fuit singulari; quoniā Deus non
posuit eum in iram, sed in acqui-
sitionem salutis.

LECTIO II.

VIdebat & inuidiebat inimicus
salutis nostræ, in dies nouam
sibi prædam eripi; noua gaudia
in cœlestibus excitati; aulas igi-
tur & palatia Regis, uti assolet,
petit; negotia ac pericula Stanis-
lao necit. Regnabat tunc in
Polonia Boleslaus, à virtutibus
bellicis appellatus Audax, Rex
à principio pius & Patriæ amās,
sed ingentes viri virtutes ingen-
tia æquabant vicia. Erat animus
ad aggredienda pericula magnus;
erat constantia in bellis perseque-
dis laboribusq; tolerandis incre-
dibilis; sed ex altera parte fuit
crudelitas summa, avaritia non
ferenda, animus impotens, ac
rebus secundis insolens; ante au-
tem omnia in quamq; fedissimā
libidinem planè effusus. Dole-
bat Sanctus Antistes, tantas vir-
tutes tot, tantisq; vitijs cōcamini-
nari. Regem igitur aggredi, il-
lumq; officij commonere consti-
tuuit. Emerat fortè Diuus Stanis-
laus à Petro Nobili viro rus ad
ripam vistule, in agro Lublinen-
sis tractus, non sibi, nec suis, sed
Ecclesia. Moritur Petrus prius-
quam venditio in tabulas publi-

cas relata fuisset. Sumit hinc an-
sam nocendi Bolesla', Petri Ne-
potes hortatur, vt Stanislaus in
ius ad suum tribunal vocet. Vo-
catur in ius Pontifex; silit se ad
Solecium, vbi cum sub papilio-
nibus, more maiorum, dabit Rex
magna iudicia. Iubetur titulum
exhibere turis possessi. Prouo-
cat ille ad testimonia; sed nemo
audet Rege prohibente. Tunc
Sanctus Pontifex omni auxiliō
humanō ac testimonio desistens,
in hanc vocem mœstus pro-
rumpit: Quoniam, inquit, dimi-
nutæ sunt veritates à filijs homi-
num; de terra veritas oriatur, &
iustitia de cœlo prospiciat. In
nomine Iesu Christi, cui seruo,
& cuius Ecclesiam tueor, reci-
pio me abhinc tertio die, ipsum
Petrum viuum testem veritatis,
& æquitatis causæ meæ, ad hoc
tribunal adducturum...

LECTIO III.

VEnit Petrauinum, in oratio-
nes & ieunia se totum cum
suis effundit; tertio demum die
ad templum Sancti Thomæ, vbi
Petrus fuit sepultus, pergit, Deū
summum & primū veritatis vin-
dicem, genibus flexis invocat, ac
testem innocentia sux cum Su-
sanna appellat. Petrus, deinde
in Nomine eiusdem Dei omni-
potentis compellat. Exi inquit,
foras Petre, ac sepulta à viuis
veritati, mortuus de sepulchro

perhibe testimonium. Prodit ille triennalis mortuus! stupor & admiratio inuadit omnes! dextrā apprehensum ad tribunal Regis, ita ut pollicitus fuerat, adducit Antistes: Examinatur Rex: stupet totum tribunal! nemo loquitur verbum, donec ipse Petrus: Ego sum inquit, ille Petrus: qui testimonium veritatis redditurus, ex quietis sedib⁹ venio huc: Huic ego rus meuni, iusto pretio vendidi & addixi: Regem deinde ac Nepotes increpat, qui sancto viro absq; causa negotium facessant. Victa & coacta malitiā secundūm veritatem sententiam fert. Abducit à iudicio suum testem Antistes: querit ex illo, numquid, vel pœnitentiae causā, vitam sibi prorogari velit. Quod cum ille negasset, iam scilicet se maiorem partem pœnarum in purgatorio exoluisse, nec iterum periculis ac procellis mundi ac peccati se committere velle, confidere se precibus Sancti Dei, à reliquijs pœnarum liberatum iri. Deducit illum ad locum quietis: quē ubi primū attigit, expirauit. Interrogabant multi Petrum de rebus alterius saeculi: sed ille nihil cuiquam respondebat: præter illud: Haberis Moysē & Prophetas; non ad euangelizādum, sed ad testificandum missus sum. Audierant hoc vicinæ gentes,

& gauiſt sunt, quia magnificauit Dominus misericordiam suam: & gratias agebant Deo, qui tantam potestatem dedit hominibus. Confirmauit ea res Polonorum animos in fide, Russicis erroribus per septennium inquietatos: nomenq; gentis illustrauit ubiq;: sed & vicinarum gentium corda ad Dominum Deum conuerxit.

Si habet vel sequens dies Oct: venerabitur feria iv. vel Sabb. tunc xii. Ego sum vitis. ii. O venerab. dñi. iii. Pastor cadit. dicendum est:

In II. Noct: Antiph. Lux perpetua † lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporū, all. Psal. fer.

Capitulum.

Qui condolere possit ijs, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. ¶. Pretiosa in conspectu Domini, allel. ¶. Mors Sanctorū eius. alleluia

Oratio, & alia omnia, ut in die Festo. In II. Vesp. Com: S. Bonifacij Martyris.

Die XIV. Maij.

Septimā die inst: Oct: S. Stanisl:

In I. Noct: Antiph. Ecce quomodo † computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum

lorum est, allel. Psal. Fer. V. &
¶ eiusdem Nost: cuius est Absol.

LECTIO I.

Considerant aliquārisper Regis irā, quā tamen postea facile exarserunt. Fecerat expeditionem Rex contra Russiā Duces; quibus victis ac profligatis, Kijouiaq; captā, ipse cum milite suo Vrbis amēnitate & delicijs capit. Interim etiam cōiunges lōgioris more perturbāt, pro māritis seruos accipiunt. Milites recognita relictō Rege domū prosperant. Primum in illos ipsos tanquam desertores, deinde etiam in uxores ipsorum, Rex immani crudelitate animaduertit. Præterea rapinā ac libidine nefādā se cōtaminat. Non ferendū hoc putauit bonus pastor: certamen tertium cum Rege iniquo ingreditur: semel & iterum ad eum venit; à crudelitateque dehortatur; ut ex oculo suo trabē priūs, deinde festucam ex oculis aliorum eruat, monet; nisi faciat, se illum excommunicaturum minatur. Dum nihil proficeret, dumq; videret iocō ac risu accipi omnia, die Sacrō Domini ad altare Regē excōmunicat. Perculsi ea res animū Regis & exacerbavit; ita ut nil amplius, nisi de vita ac sanguine Stanislai cogitare videretur.

LECTIO II.

PEragebat rem Sacram Divus

Stanislaus, octauō Idus Aprilis, in Sacello Cracouiae suburbano Sancti Michælis dicto. Quā re cognitā tyrannus, audacissimum quemq; ex militib⁹ ad interficiendum Dei sacerdotē destinat. Qui vbi ad locum designandæ cædis perueniunt, stupelcere incipiunt, alij cœcutire, eadere retrō cæteri. Significabantur hæc à Clero Diuo Stanislao, sed ille suos nihil timere iubet: pro Rege Deum deprecatur, se & suum ouile eidem cōmendat. Rex vbi morari suos videt, alios & alios mittit, qui manum Excelsi Episcopo adesse renuntiant. Arripie ipse gladium, ac veluti ferus Cain, sanguinem iusti Abel persecuitur; eademq; omnia quā milites pertulerant, in se experitur. Peracta demū re sacrā, vbi De⁹ ipse permisit, vulnere lethali caput Martyris proscidit, cerebrōque eius parietē respergit. Malè inchoatum opus Regis improbi ministri deteriū perficiunt: corpus sancti de templo extrahunt: in partes septuaginta discindunt, atq; canibus avibusq; deuorandum projiciunt: nefando demū opere perfectō abeunt.

LECTIO III.

Non rulit Deus militis sui corpus diu abiectum ac infamē iacere: adest cœlestis custodia aquilarum, que corpus disiectū, dum se Clerus colligit, custodi-

ant. Post biduum recipit animos Clerus, terrore ac timore dispersus suiq; Episcopi membra honorificè cōponit. Efficit omnipotētia Dei, vt ita simul con crescerent, ac si nunquā divulsa fuissent. Digitus vñus deerat; sed ne istum quidem diu latere passus est ille, qui custodit ossa sanctorū suorum. Lucerna eum cœlestis, in vicinam piscinam cōiectum, à pisceq; deuoratum demonstrat. Collectum ac cōcretum corpus, in vestibulo eiusdem sacelli magna pietate ac reverētiā collocatur. Sic Stanisla^o octauo Episcopat^o sui anno Martiroy coronatur, vitamq; mortalem pro immortali commutat.

In II Noct: Ana. Fulgebunt iusti + sicut sol, incōspectu Dei, alleluia. *Psal Fer. Cap.* Qui cōdolere possit. *¶. Preciosa.* *& alia ut supra Vesp de Oct: utin I. Vesp. Festi.*

Die XV. Maij.

Octaua S. Stanislai Mart: Dupl.

Omnia ut in ipso Festo: prater Lect. II. & III. Noctur. Quodsi contingat hec Octaua die Dominicā: tunc Lect: I. Noct: dicetur ex Dominicā. Et xii. Lectio erit Homilia eiusdem Dominicæ.

In II. Noct: LECTIO V.
Ecce enim Stanislaus computatus est inter filios Dei, & inter Santos sors illius est. Hono-

rificauit eum Pater æternus, qui in cœlis est; centuplum accepit in hac vita, & vitam æternam possedit. Nam qui vivus cœcis viam demonstrabat, mortuus cœcos illuminat; qui viuus vnum solūm mortuum, magnā nostrī orbis admiratione, à mortuis excitavit, mortu^o plures de sorte mortis sustulit: qui vivus ferro Boleslai cessit, mortu^o vniuersos exercitus, atq; acies integras, pliorum Regum Patronus & adiutor, gentilq; suarum amator fugat. Itaque cum locus ille, vbi depositus fuit, populi frequentiam, qua illuc opis causa cōfugiebat, continere non posset, Lambertus huius nominis tertius successor eius & Princeps Vladislavus, diuinis visionib^o admoniti, ossa Sancti, odorem suavissimum spirantia, sancte ac reverenter in primarium templum Cracovię Sancti Venceslai tum dictum, transferunt. Sic huc altari Pontifex, Cathedra Doctor, templo Episcopus, populo Pastor, post decennium restituitur.

LECTIO VI.

Post centum tandem & septuaginta annos, excitat Dominus Spiritum Prandoræ Episcopi Cracoviensis, viri Sancti, Boleslai item Ducis, cum sua coniuge Kinga, fœminâ castissimâ. Qui miraculis Sancti Episcopi collectis, & fide publica, tanquam igni

igni probatis, legatos ad Inno-
cētūm Quartū Summū Ponti-
ficem mittunt; atq; ut tantū vi-
rum in numerū Sanctorū re-
ferre velit, diligenter precātur.

LECTIO VII,

Fit consultatio Afflīj, vbi tum
fortè erat summus Pontifex.
Inter alios tum vnu aduersa-
tur causæ Diui Stanislai Rein-
choldus Cardinalis Ostiensis, vir
primæ auctoritatis, incidit hic in
graue & lethalem morbū: cui
in somnis apparet Diuus Stan-
islaus, indignè illum facere docet,
qui Dei resistat voluntati: exci-
tatur senex, Diuō se cōmendat,
conualescit, causam anteā oppu-
gnatam tuerit. Fit summus eō
sensus omnia: Episcopus San-
ctus inter Martyres reseruit. Co-
tigerat, Deo ita ordinante, vt
mortu⁹ adolescentis à matre in il-
lud templum Diui Frācisci dictū
deduceretur. Pontifex Deum
supplex precatur, vt nouō mira-
culō factum suum cōfirmet: eri-
git se subito adolescentis: fit ingē-
lētia omnium. Summus Pon-
tifex pro suggestu gratias Deo
agit: Martyrem luculentissimā
oratione celebrat: Diē octauā
Id⁹ Maij memoriam eius solemnē
assignat. **LECTIO VIII.**

Redeunt Legati cum ingenti
lætitia, annuntiantes, quan-
ta Deus fecit cum Martyre suo.
Prandota Episcopus ossa Sancti

ex puluere terræ subleuat, eaq;
pro more solito in altari condit,
Boleslaō Rege pudicō ac Reginā
pudicissimā, cæteriq; Episcopis
ac Ducibus Regni, & vicinarum
Prouinciarum assistentibus. Et
factum est in die illa gaudiū ma-
gnū: benedixitq; Domin⁹ no-
uissimis Stanislai, magis quām
principio eius. *In III Noct.*

Lectio Sancti Euangeli⁹
secundūm Ioannem.

LECTIO IX.

In illo tempore: Dixit Iesus
Phariseis: Ego sum Pastor bo-
nus. Bonus Pastor animā suam
dat pro oīibus suis. Et Reliqua.
Homilia Sancti Basili⁹ Episcopi.

Quomodo, cū magna dicit:
Ego manū meā firmaui ter-
ram, ego produxi cœlos solus: &
quomodo cū alia dicit, quæ di-
gna sunt dici de Deo, sic dicit:
Ego sum pastor bon⁹. Arcet de-
generes, & veritatē sibi ipsi ven-
dicat: Ego sum pastor ille bon⁹.
Disce quis sit pastor, & quis sit
bonus ille. Ipse hoc interpreta-
tur: Bonus pastor animā suam
ponit pro oīibus suis: mercena-
rius verò, & qui non est pastor,
cuius non sunt oīes propria, illi
nihil est curz, quādo lupum ve-
nientē vider. Hic querit Ecclē-
sia: si Deminus pastor est, quis
sit mercenarius pastor? Num di-
abolus? Et si diabolus mercena-
rius pastor est, quis sit lupus? At
lupus

Lupus diabolus est bestia imma-nis, rapax, insidiosa, communis omnium hostis. Habeat itaque propriam appellationem merce-narius pastor. **LECTIO. X.**

Tunc quidem mercenarios pa-stores Dominus vocauit, ad eos conuersus, qui tunc erant; sunt verò & nunc, (quod mini-mè vellem) qui non ut pro-sint ovibus, pastores agunt; quibus propriè mercenariorum appella-tio cōuenit. Tunc Principes Sa-cerdotum notabantur & Phari-sæi, & tota illa secta Iudaica: illos dixit mercenarios esse pasto-res, qui non veritatis, sed quæ-stus sui gratiâ pascendi potestatē usurparant: qui vano prætextu preceptionibus instabant, ut pan-comederent viduarum, & Or-phani. Mercenarij sunt, qui proprium compendium curant. Qui præsentia sectantes, ad futu-ra non aspiciunt, mercenarij sunt, non pastores.

LECTIO XI.

ET cognosco oues meas, & co-gnoscunt me meæ. Quid vo-cat cognoscere? Oues meæ, in-quit, vocem meam audiunt. Ec-ce quomodo cognoscatur Deus, ex eo quod præcepta illius audi-mus: ex eo quod illa audi-en tes opere adimplemus. Hæc demum est cognitio Dei, ob-seruantia videlicet præcep-torum Dei, non inanis illa curiosi-

tas, non essentia Dei & supra-mundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilium cōsideratio. Satis tibi sit, scire pastorem esse bonū, animā suam posuisse pro ouibus. Quantus verò sit Deus, & quæ illius mensura, & quali-essetia; talia sciscitanti sunt pe-riculosa, ei auté qui rogatur pe-plexa: & galium medicina est si-lentium. **LECTIO XII.**

Qui verò nostram hanc pane-gyrim congregauit, nos cu-stodiatis indemnes, illæsos, & à lupi rapacitate securos, Ecclesia hanc immotam, ac magis Mar-tyrum turribus munitam, cōser-vet: omnes furentium hæretico-rum insidias & incursus, in tran-quillitate ac silentio auertat: no-bis verò donet, ut diuina oracula discamus & doceamus, sub-ministratâ à Spiritu Sancto gra-cia, cui cum Patre & filio sit glo-ria & imperiū, nunc & semper & in sœcula sœculorum, Amen.

In Il. Vesp. Cōm: S. Vbaldi Epi-scopi & Confessoris.

Die XIX. Maij.

S. Petri Cœlestini Papæ & Co-fessoris. Duplex.

Omnia ut in Breuiario:

Die XXII. Maij.

S. Romani Abbatis. Duplex.

Omnia ut in Breuiario.

Die XIV.

B E N E D I C T I N V M .

55

Die XIV. Junij.

S. BENNONIS Episcopi Conf: cōtra pestem Patroni. Duplex.

Omnia de Cōm: Conf: Pont: p̄ter ea qua sequuntur.

Oratio.

D E v s qui nos Beati Bennonis Pontificis confessione glorio- sa circumdas & protegis: da no- bis & eius imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per

In I. Noct: Lect. Fidelis sermo.

In II. Noct: LECTIO V.

E xcelsus Dominus militante Ecclesiā praeiosorum lapi- dum viuorum, ipsi summo angu- lari lapidi vnitorum, ornatissimā varietate decoratā structurā mi- tabili fundare disposuit. Atque ab initio vineam, quam pijs cul- torib⁹ iuxta sanctam promissio- nem suam visitauit, firmauit & auxit, sicq; semper ad illam suę protectionis auxilium multipli- citer impartitur, & eam vineam more solito visitans, virum forte ad huius vineę culturā adduxit, gloriosum scilicet Confessorem Beatum Bennonem, supremo cōcūtiū jam sociatum. Qui in- ter cōteros Christi Athletas, su- is meritis & exēplis, ipsam san- ctam Ecclesiam, diuinā coope- rante gratiā multipliciter deco- rauit, p̄sentisq; temporis cali- ginem suę lāpadis luce illustra- uit. Ipse enim aduersus mundū, carnem, & dēmonē fortiter di-

micauit, & in odorem altissimi currens copiosam vtriusque se- xūs Christi fidelium multitudi- nem salubriter post se traxit, ac velut effusam superficiem terræ, religiosam professionis suę ge- nerationem dereliquit: vt ad il- luminationem gentium celebri memoriā, tanquam rutilum fid⁹ in Ecclesiā firhamēnto seruare- tur.

LECTIO VI.

S quidem Fridericus Bultēbur- gensis Vir nobili locō natus, Pater fuit Beati Bennonis, quem ex Bezela piā vxore suscepserat. Cūmque in Bennone ab in eun- te ærate bona indoles eluceret, ne illa æqualium studijs, malis moribus, ac depravaris opinio- nibus, vt illa ætas aſſolet, cor- rumpetur, magnopere ſibi prouidendum existimauit, & eum, vt primū ex infanția excessit, Diuo Bernardo Epi- scopo Hildesemensi commenda- vit & tradidit. Qui cūm nego- tium ſibi cōmīſſum attenderet- vt puer ad virtutem rectē in- formaretur, illum primum ad a- morem Dei induxit. Deinde ve- rō cūm vir prudens intelligeret vtile esse, ſi literæ cum virtute coniungerentur, Bennonē à Bi- gario bono ſane viro & docto instituendū curauit, ſub quo ma- gnos ille progressus fecit. Quā- obrem in eunte iam adolescētiā, cūm ad benē beatēq; viuendum fatis

Satis instructus esset, Monastice vita rationem suscepit. Monachus factus cum esset, rejetis voluptatibus, omnem vitam cursum in virtute confecit. Quod cum Fratres, cum quibus viuebat, probassent; defuncto eorum Abbatem cunctis ferè suffragijs Abbatiam ei detulerunt. Verum Beatus Benno, ut erat ab omni ambitione alienus: oblatum honorē recusauit; sed quò ille vehementius recusabat, eò magis Monachorum studia incendebatur. Urgentes igitur & instantes Beatum Bennonem inuitū ad dignitatem rapiunt, quam ipse terciō post mense depositū: seque ad pristinam vitam, bene institutam retulit.

L E C T I O VII.
Cœpitq; eum Henricus tertius Imperator diligere plurimū, qui cum videret Sanctissimum hominem ad Rem publicam bene gerendam natum esse, tantū virum in Cœnobij angulis æatem consumere passus non est: illum magnopere repugnantem è Monasterio eduxit, ac præposituræ Ecclesiaz Goslariensis Hidese[m]elis Diœcesis præfecit. In ea verò cum usque ad in grave scētem æatem integrè castèq; conseruaretur, Canonici Ecclesiaz Misnensis famā eius industi, venerādū senem, qui tunc quinquaginta sex annos natus erat, Ecclesiaz suæ præesse voluerūt,

In qua cùm omnia præclarè tum hoc præclarissimè egit, quod Vadalos malè de Religione sentientes ex perniciose errore eripuit, eoque traduxit ut unā cum Catholicā Ecclesia, pari studiō fidem Christianam tuerentur.

L E C T I O VIII.

Cum iam multis annis Beatus Præsul, famā, vita, & miraculis supernā Dei gratiā clarus vivisset, & tandem ad vitam cursu feliciter consumandum plenitudinem dierum attigisset, vir Beatus ægrotare cœpit, & breui futurum sperans, ut ex hac vita ad superos, quorū consuētudo dulcis est, atque æterna migraret; paulò antequam moreretur Canonicos suos adhortatus est, ut eam charitatem quam nos Christus docuit studiosè completerentur. Deinde Eucharistiam, cibum diuinum magna cum pietate suscepit. Ecce cùm orationes ad Deum habuisset, è vita excelsit, quadragesimō Pōtificatus sui anno. Christi autem millesimō centesimō sextō.

*In III. Noct Homil: in Euāg.
Homo quidam peregrē proficiens ut in cōm: Conf: Pont.*

*Die XIX. Junij.
S. Bonifacij Mart: R. P. P. Dupl.
Omnia de comm: unius Mart.
Oratio
Infirmitatem nostram respice
Omni-*

Omnipotens Deus: & quia pō
dus propriæ actionis grauat, Be-
ati Bonifacij Martyris cui atque
Pōtificis intercessio glorioſanos
protegat. Per Dominum.

In I. Noct: Lect: A Mileto.

In II. Noct. LECTIO V.

BOnifacius illustri ac Regia
stirpe natus, Othonem Im-
peratorem, cuius affinis erat, in
Italiā secutus: cūm Beatum
Romualdum de mundi contem-
ptu differençem audisset, dñinō
afflante Spiritu ad Eremiticam
vitam transire conſtituit. Quare
Imperatori valedicens, in disci-
plinam eiusdem Sancti Romual-
di se tradidit, eumq; cum socijs
ad Perēsem Eremum propè Ra-
vennam alacriter ſequuntur; vbi
virtutibus inter cæteros fulgēs,
quanto nobilitate ſublimior, tā-
tō conuersatione humilioſer erat.
Non tugurij anguſtiam, non ve-
ſtis ſqualore, non pedum nudi-
tatem, non labore manū, erube-
ſcebat: abſtentia tantā erat, vt
ſep̄e non niſi quintā feriā, & Do-
minicā die cibum ſumeret, tan-
tōq; patiendi flagrabat desideriō,
vt ſe inter vepres & vrticas ſe-
piùs volutaret. LECTIO VI.

ITaq; Martyrij conſequendi &
Catholicæ fidei propagandæ
cupidus, à Romano Pontifice ad
prædicandum Euangeliū, ver-
ſus extremi Septemtrionis Oras,
in Russiam mittitur. Archiepi-

scopali dignitate insignitus; quò
cūm proficiſceretur, arcta ieiunia
non reliquit, & diuinā ho-
ras tam Canonicō quam Mona-
ſticō ritu psallens, eius itineris
magnam partem nudis pedibus,
& quidem cæteros antegrediens
conſecit; nec equō priuī vti vo-
luit, quam ultra Montanos fines
ingrederetur, per quos cūm nul-
lō crura & plantas velamentō
conectus pergeret, intolerabi-
les algores ſuſtinebat, vt volens
deſcendere vix pedem à ſubhæ-
rente ferro diſiungeret, niſi pri-
ū aquā calidā ſubueniretur.

LECTIO VII.

DEnique vbi ad littora Baltici
maris peruenit, coram Rege
Ruthenorū Chriflum prædicās,
cūm per medias flammas trāſiſ-
ſet illas, vi tanti miraculi ipſū
conuerit ad fidem, quem tanta
multicudo ſecuta eſt, vt ſanctum
virum ad ſpatiosum lacum de-
ſcendere oportuerit; quō abun-
dante aquarum copiā, poſſet co-
fluenteſ populos baptizare.

LECTIO VIII.

Hæc Regis Frater à Christo
abhorrens, cūm iniquè fer-
ret, Bonifacium cōprehendi, &
publicè abſciſſione capitis inter-
fici iubet, ſed ſtatim diuina vlti-
one, ille cœcus effectus, ad stan-
tes verò inſenſibiles inſtar lapi-
dum redditi ſunt. Verū cūn-
Rex plurimiq; ex Christianis ac-
currit-

currissent, precib' ad Deum fufis, Regis fratri visum, & cæteris sensu restitui impetrârunt. Quare illico pœnitentes, Christianā fidem amplexi sunt omnes, & in honorem Beati Martyris Ecclesiam construxerunt.

*In III. Noct. Homil: in Euang.
Si quis vult post me venire. &c.*

*Die XXV. Junij.
S. Gvilielmi Abbatis. Duplex.
Omnia ut in Breuiario.*

*Die XXVIII. Junij.
S. Leonis Papæ & Confessoris.
Semiduplex.
Omnia ut in Breuiario.*

*Die XI. Iulij.
FESTVM COMMEMORATIONIS
SS. PATRIS NOSTRI
BENEDICTI.
Duplex cum Octaua.
Omnia ut in Natali eiusdem XXI.
Martijs exceptis sequentibus.*

In Hymno. Vbi dicitur. Hac die summi Benedictus arcem, scandit Olympi. dicitur. Aurea summi Benedictus arce, gaudet Olympi. Ad Magnificat Antiph.

*Exultet omnium turba fideliū, pro gloria almi Patris Benedicti; lætetur præcipue cateruæ Monachorū, celebrantes eius festa in terris, de cuius societate sancti cōgaudent in cœlis. Oratio.
Excita Domine in Ecclesia tua spiritū, cui Beatus Pater No-*

ster Benedictus Abbas seruuit: vt eodem nos repleti, studeam⁹ amare quod amavit, & opere exercere quod docuit. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*De Sancto Pio nihil sit hoc loco,
nisi in Landibus & Missis priuatis.*

In II. Noct. Sermo Sancti Bernardi Abbatis. LECTIO V.

Celebram⁹ hodie Magistri nostri gloriosi BENEDICTI memoriam: pro eo vobis & de eo solēnis ex more sermo debetur. Cuius dulcissimum Nomen, cum omni vobis iucunditate amplectendum est, & honorificandum; quoniam ipse Dux vester, ipse Magister & Legifer vester est. Delector quidem & ego in ipsi memoria, licet non meo sine rubore Beati huius Patris Nomem audeam memorare. Est enim mihi eadem de ipsius imitacione vobiscum sæculi abrenuntatio & Monasticæ professio disciplina: sed singulariter sine vobis, cum eo participo nomine Abbatis.

LECTIO VI.
Arbor suis Beatus BENEDICTUS grandis atq; fructifera, tanquam lignum quod plantatum est securus decursus aquarum. Vbi sunt decursus aquarū? Profecto in vallibus, quia inter medium monti-

B E N E D I C T I N V M.

59

montiū perstrāsibunt aquæ. Quis enim non videat etiam torrentes montium ardua declinare? & medium ad humilitatem semper diuertere vallis? Sic profecto sic Deus superbis resistit; humilibat gratiam. LECTIO VII.

Securus hic fige pedem, super hunc ramum innitere; semi-
cam vallis incede; nimirum in-
monte sibi sedem constituit ser-
pens antiquus, mordens yngu-
las equi, vt cadat ascensor eius
retro: propterea vallem magis
elige ad ambulandum, vallem
elige ad plantandū. Neq; enim
vel inferendis arboribus mon-
tana solemus eligere, quod fre-
quenter arida sunt & petrosa.

LECTIO VIII.

IN vallib^o pinguedo est, ibi pro-
ficiunt plantæ, ibi plena spica,
ibi centesim^o oritur fructus, jux-
ta illud: Et valles abundabunt
frumento. Audis quia vbiq; val-
lis laudatur, vbiq; humilitas
prædicatur. Ibi plantare ybi de-
cursus aquarum: quia ibi copia
gratiæ spiritualis, & aquæ quæ
super cœlos sunt, laudet nomen
Domini: id est cœlestes benedi-
ctiones faciunt, vt laudetur.

In III Nocturno.

Lectio Sancti Euangeli se-
cundum Matthæum.

LECTIO IX.

IN illo tempore: Dixit Petrus
ad IESVM: Ecce nos reliqui-

mus omnia, & secuti sumus te;
quid ergo erit nobis. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Fidelis sermo, & dignum omni
acceptione colloquium Simo-
nis Petri & IESV: familiaris si-
quidem, & amica saluti obedi-
entia est, sed obedientia firma &
stabilis quæ fundata est supra pe-
tram. Melior est enim obedientia
quam victimæ, & acquiesce-
re nolle, vt peccatum ariolandii
est. Vnde & virtu quoq; ipse Sal-
uator prætulit hanc virtutem,
eligens magis animam ponere,
quam obedientiam omittere. Po-
stremò vt ipsum nomen IESV,
quod est super omne nomen, &
in quo flectitur omne genu, A-
postolō teste, obedientia remu-
neratio est. LECTIO X.

Libet proinde sacratissimo hu-
ic interesse colloquio, & inti-
ma cordis aure percipere, quæ
dicuntur. Arbitror enim verba
lectionis huius ea esse, de quibus
ad immortalem sponsum à fini-
bus terræ clamat Ecclesia: pro-
pter verba labiorū tuorum ego
custodiui vias duras. Hæc nem-
pe sunt verba, quæ cõtemptum
mundi in vniuerso mundo, &
voluntariam persuasē homini-
bus paupertatē. Hæc sunt, quæ
Monachis claustra replent, de-
serta Anachoretis. Hæc inquam
sunt verba, quæ Ægyptum spo-
licant, & optima quæq; eius vasa
diripi-

O C T A V A R I U M

diripiunt. Hie sermo vivus & efficax, convertens animas felici emulatione sanctitatis, & veritatis promissione fidelis.

L E C T I O XI.

Dixit enim Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquim^o omnia. Benè, optimè, & non ad insipientiā mīhi. Nam & mundus transit, & cōcupiscētia eius, & relinquere hæc magis expedit quām relinquī. Ecce inquit, nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Nimirum quia exultauit Gigas ad currēdām viam, nec currentem sequi poteras oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam & simul cum eo donantur omnia; & ubi apprāhenderis eum, erit vnuis ipse omnia; omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt.

Lectio XII. de S. Pio Papa & Martyr: nisi venerit in Dominica. Ad Landes & per Horas omnia ut in Martio. Oratio ut supra.

In II. Vesp. Aña ad Magnificat.
O Cœlestis vitæ norma & Doctor & Dux BENEDICTE, cuius cum Christo Spiritus exultat in cœlestib^z; gregē Pastor alme serua, Sancta prece corroborā, viā cœlos clarescente, fac te Duce penetrare. **Oratio Excita Domine. Cōm s̄q. & SS. Naboris & Felicis Martyris.**

Die XII. Iulij.
S. Ioannis Gualberti Abbatis
Duplex.

Omnis ut in Breuiario prater Lectiones III. nocturni.

Lectio Sancti Euangeliū secundū Matthæum.

L E C T I O IX. Cap. 5

In illo tempore: Dixit Iesu discipulis suis: Audistis quia dicitum est: diligē proximum tuum, & odiō habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Multi praecēpta Dei imbecillitate sua non sanctorū viribus estimantes, putant esse impossibilia, quæ praecēpta sunt, & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos: ceterum diligere, plus præcipi quām humana natura patiatur.

L E C T I O X.

SCiendum est ergo Christum nō impossibilia præcipere, se perfecta. Quæ fecit David in Saul & in Absalon: Stephanno quoq; Martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutorib^z suis: hæc autem Iesu & docuit & fecit dicens: Pater ignosce illis; quod enim faciuntes nesciunt. **L E C T I O XI.**

In reliquis operib^z bonis interdum

B E N E D I C T I N U M.

61

dum potest aliquid qualemcumque excusatione pretendere: ad habendam vero dilectionem, nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, nunquid potest dicere non possum amare? Potest aliquis dicere, virginitate non possum seruare, non possum res rotas vendere, & pauperibus erogare; numquid potest dicere, non possum diligere inimicos.

LECTIO XII.

Non enim ibi aut pedes laborent currendo, aures audiendo, aut manus operando laxantur, ut nos per ipsam excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur ite ad Orientem, & querite charitatem, nauigate ad Occidentem & inuenietis dilectionem. Intus in nostro corde est ubi redire iubemur, dicente Propheta: redite praearia tores ad cor. Non enim in longinquis Regionibus inuenitur, quod a nobis petitur.

Sequentia Sancti Euangeli secundum Matthaeum.

Cap. 5. 43.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos, & orate pro perseguientibus & calu-

miantibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in celis est; qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis: Nonne & Publicani hoc faciunt? & si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicuti & Pater vester celestis perfectus est.

Oratio. Intercessio nos.

Vesp: de seq: cōm: preced, & Oct.

Die XIII. Iulij.

S. Margarithæ Virginis & Mart:

R.P.P. Duplex.

Omnia de cōm: Virg: Oratio. Indulgentiā. Lett: I. Nod: Confitebor tibi Domine Rex.

In II. Noct: LECTIO V.

Beatæ Margarithæ ex Antiochia Pisidiæ oriunda, filia fuit Aedesii, qui fuit illis temporib⁹, vel maximè insignis sacerdos idolorum. **LECTIO VI.**

Cvius eximia pulchritudine, cum cap⁹ esset Olibrius Presles Orientis, ita ut eam vxorem ducere haberet in animo, deprehensò, quod Christiana esset, & nullò modō eius in Christum fidei rationem posset fectere, aut emollire blanditijs, varijs deinde tormentis eam est aggressus.

H 3

LECTIO

LECTIO VII.

Itaq; Virgo Sancta humi extensa, primò virgis immisericorditer cæsa est, deinde cùm ira ebullijsset Olibrius, ferreis etiā laminis conclusa, & clavis affixa, ferreis laniata est fuscinis, ac sic in carcerem ducta. Vbi, ipsa orante, repenteq; magno terræ motu excitatō, diabolum suscepitā formā terribilis draconis eā circumcurlantis signō crucis superauit, ac simul de cœlo à plagiis omnino fuit curata.

LECTIO VIII.

Sequenti die impius Præses ad se vocatæ, & in sententia persistenti iubet, ut nudatæ lampadibus pectus vratur, & latera, ac deinde de ligno deposita, in magnum lebetæ aquâ plenum vineta coniiciatur, ac sic suffocetur. Vnde cum nihilomin⁹ salua evasisset, cum ea quæ explicari non potest exultatione laudans Trinitatem, tandem ab impio Olibrio pronuntiatā in eam capit is sententiā, pulchre decretationis suæ cursum peregit.

In III. Noct. Homil. in Euang.
Simile est regnum cœlorum thesauro. *In Laud. cōm. Oct: SS. P. Benedicti. In II. Vesp. cōm: seq: & Octave.*

Die XIV. Iulij.
S. Bonaventuræ Episc. & Conf.
Duplex.

Omnia ut in Breuiario. In Laud: comm: Octave. Vesp. de sequenti comm: præcedens & Octave.

Die XV. Iulij.

Divisio SS. Apostolorū. Duplex.
Omnia de comm. Apost. præter ea quæ hic assignatur.

Ad Magnificat Antiph.

Evtes in mundum vniuersū, prædicate Euangelium omni creaturæ, alleluia: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit allel: qui autē non crediderit, cōdemnabitur allel. *Oratio.*

DE vs qui Ecclesiam tuam distribuitam per orbem terrarū Sanctorum Apostolorum prædicatione fundasti, concede propitius, vt quorum hodiernā die sub vna celebritate recolim⁹ insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiamur suffragia. *Per Dominum.*

In II. Noct. LECTIO V.

Sermo S. Ioannis Chrysostomi.

Quae sunt tales stellæ sicut Apostoli: stellæ in cœlo; Apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt, inquit Apostol⁹, sapite, vbi Christus est in dextera Patris sedens. Stellæ de igne insensibili: Apostoli de igne intelligibili. Stellæ in nocte lucet, in die obscurantur: Apostoli in die & in nocte suis radijs hoc est virtutibus effulgent. Stellæ orto sole obscurantur: Apostoli sole iustitiae re-

B E N E D I C T I N V M.

63

tiz resplēdente, suā claritate lu-
cescunt. Stellæ in resurrectione
cadent sicut folia: Apostoli in
resurrectione rapientur in aera
nubibus. Et in illis quidem side-
ribus aliis Antifer, aliis Lucifer
appellatur: in Apostolis autem
nullus Antifer est, omnes Luciferi;
& ideo stellis maiores Apo-
stoli. Et quicunq; eos luminaria
vocauerit mundi, non peccabit:
non solū dum essent in corpo-
re, sed etiam magis nunc, quan-
do de hac vitâ migrârunt.

LECTIO VI.

PERAGRARUNT p̄scatores orbem
terrarum; & infirmum eum
inuenientes, ad sanitatem redu-
xerunt: & in ruina positum ad
stabilitatem reuocauerunt; non
scuta mouētes, non arcus tendē-
tes, non sagittas mittentes, non
pecunias largientes, non eloquē-
tiae confidētes. Et erant nudi
quidem s̄culo, sed induiti Chri-
stum: pauperes sed diuites; pe-
cunia indigentes, sed Regnum
Cœlorum possidentes. Non ha-
bentes humana solatia, habentes
autem Dominū suum. Ego enim
inquit, vobiscum sum omnibus
diebus, usq; ad consummationē
sæculi.

LECTIO VII.

PERAGRARUNT vniuersum orbem
terrarum oues simul cum lu-
pis. Quis vidit? quis audivit?
Dicit mittam vos ut oues in me-
dio luporum. Quis vñquam pa-

stor mittit oues in medio lupo-
rum? Sed magis si viderit lupos,
congregat oues. At verò Christus
est cōtrario fecit: oues ad lu-
pos direxit, & vulneratae à be-
stis non sunt, sed magis lupi ad
ouium mansuetudinem sunt cō-
versi.

LECTIO VIII.

VBI sunt nunc qui audeāt Ec-
clesiæ cōtraire? Quando no-
uella erat, in nullo potuit lædi;
& nunc quando vñq; ad cœlum
peruenit, existimas eam posse su-
perari? Et qunc quidem cum vn-
decim essent Apostoli, null⁹ eos
superare potuit, sed pauci homi-
nes totum cōperunt mundum;
& nunc modo terra & mare, &
orbis terrarum, & inhabitabiles
Regiones, & ciuitates, & omnes
fines terræ pietate repleti sunt,
putas eam te posse lædere? Sed
non poteris. Christus enim pro-
pter eam passus est, portæ inferi
non prævalebunt aduersus eam.
Facilius cœlum exterminari po-
test, & terra perire, quā aliquid
mali pati Ecclesia.

In Tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij se-
cundum Lucam.

LECTIO IX. Cap. 9.

IN illo tempore: Conuocatis
Iesu duodecim Apostolis, de-
dit illis virtutem, & potestatem
super omnia dæmonia, & ut lä-
guores curarēt. Et reliqua.

Homi-

Homilia Venerabilis Bedæ
Presbyteri.

Benignus & clemēs Dominus
ac Magister, non inuidet ser-
uie atq; discipulis virtutes suas.
Et sicut ipse curauerat omnem
languorem, & omnem infirmi-
tatem; Apostolis quoq; suis tribu-
it potestatem, ut curent omnem
infirmitatem omnemq; languorem.

LECTIO X.

Sed multa distantia est inter ha-
bere & tribuere, donare & ac-
cipere. Iste quodcūq; agit, po-
testate Domini agit illi si quid
faciunt, imbecillitatem suam &
virtutem Domini cōsentunt, di-
centes: In nomine Iesu surge &
ambula. LECTIO XI.

Et misit illos prædicare regnum
Dei, & sanare infirmos. For-
tassē enim nemo crederet homi-
nibus illiteratis, promittentibus
regna Cœlorum; ideo concessit
illis primū potestarem signo-
rum, & tunc misit prædicare re-
gnum Dei; ut promissorum ma-
gnitudinem attestaretur etiam
magnitudo factorum; fidemque
daret verbis virtus ostensa; &
noua faceret qui noua prædicar-
ent. LECTIO XII.

Verū signa quæ tunc per A-
postolos corporaliter fiebāt,
quotidie in Sancta Ecclesia per
Sanctos prædicatores spirituali-
ter sunt. Cum in fide quis infir-
mus, eorum prædicatione robo-

ratur ad fidem: cūm mortuus quis
in peccatis, gratia & misericor-
diā Dei compunctus, per eorum
eruditionem resuscitatur ad pœ-
nitentiam & confessionem pec-
catorum suorum, dignāq; emē-
tatione vitā mōrebitur sempiternā.
¶ Ite in orbem vniuersum & prædicate dicētes. * Qui
crediderit & baptizatus fuerit,
salvus erit. ¶ Euntes in mundū
vniuersum, prædicate Euangeli-
um omni creaturæ. Qui credi-
derit. Gloria Patri. Qui credide-
rit. Te Deum Laudam. Euang.

Sequentia Sancti Euangeli
secundūm Lucam.

In illo tempore: Conuocatis
Iesu duodecim Apostolis, de-
dit illis virtutem, & potestatem
super omnia dæmonia, & vt lá-
guores curarent. Et misit illos
prædicare regnum Dei & sanare
infirmos. Et ait ad illos. Nihil
tuleritis in via, neq; virgam, ne-
que peram, neq; panem, neque
pecuniam, neque duas tunicas
habeatis. Et in quamcunq; do-
mum intraueritis, ibi manete, &
inde ne exeatistis. Et quicūq; non
recepierint vos, exeuntes de ci-
uitate illa, etiam puluerem pedū
vestrorum excutite, in testimo-
nium supra illos. Egressi autem
circuibant per Castella evange-
lizantes, & curantes ubique.

Oratio.

Deus qui Ecclesiam. &c.

Ad Be.

BENEDICTINUM.

65

Ad Benedictus Antiphona.

Convocatis Iesu duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent.

Deinde fit com. Octauie: SS. P. N. Benedicti. Vesp. de seq. com. preced. per Anam. Egressi duodecim Apostoli, circuibant per castella evangelizantes, & prædicantes ubique. ¶ Annunciauerunt opera Dei. ¶ Et facta eius intellexerunt. *Oratio ut supra.* De Octauie: non fit commemoratione.

Die XVI. Iulij.

SS. Andreæ & Benedicti Mart: Polonorum. Duplex.
Omnia ut in com: plurimo: Mart.
Oratio.

DEVS qui nos Beatorum tuorum Andreæ & Benedicti annua solemnitate laetificas, concede propitius, ut quorū natalitia collimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum.

In I. Noct. Leet. Laudemus viros glriosos. ut in com. Cof. Pot.

In II. Noct. LECTIO V.
Andreas Suirad' que alij Zœardum nominant, ex Polonia Prouincia ortus, Christiana Religione, tum primum in Polonia & Hungaria florente, vita Monasticam in Cœnobio Zobordicto apud Nitriam ciuitatem, sub Philippo Abbe professus est. Mira illius Viri abstinentia,

carnisq; mortificatio prædicatur: quippe qui præter eriduanā frequētem inediā, quadragesimā quoq; solis quadraginta nucibus contentus transigeret: & nihilominus tamen interdiu operatur, noctu verò vix quidquam quietis caperet. Sedenti enim iuxta spineam sepem, lumbisque catena occulit, et rā p̄cinctis breuis somnus erat.

LECTIO VI.

VERUMTAMĒ in tanta ciborum parcitatem nunquam à labore manuali cessauit: sed accepta securi solitarium syluz penetrabat recessum, ibidemq; tam diu in opere persistebat, quoad nimio labore fractus humili laberetur. Accidit autem ut die quodam, sic instar mortui iaceret, cumq; dubio procul ab omni humano solatio desitutus, extremū spiritum edidisset, tum ecce subito Iuvenis eximiō præfulgens candore, qui eum vehiculo impositū ad cellam perduxit, ac protinus evanuit: tum verò Andreas, ut collectis viribus cognouit benignā Dei misericordiā ex tāto periculo se esse ereptū, exultare, & gratias agere cœpit. Benedictumq; discipulum, ne ante diem obitū sui rem admirabile promulgaret iuramentō constrixit. *LECTIO VII.*
Cū itaq; extremus imminaret vitæ dies, tum Andreas il-
lis, qui

lis, qui eum circūtabant, præcipit; ne quid vestimentorum quibus operiebatur auferrent, vtq; dūm Abbas ipse Philippus qui accessitus expectabatur adesset Abbas autem eō defunctō adueniens, ut p̄imū sacrum corp̄ de more lauandum attigit, catenam & ream ipsis viscerib⁹ inhærentem inuenit. Prorsus quidē hoc martyrij genus occultum mansisset, nisi ad umbilicum ligati nodus apparuisset metalli. Solutā verò catenā dūm ex corpore trahebatur, costarum sonus elisarum omnī aures cum horrore replebat.

L E C T I O VIII.

Andreas in huiusmodi Sanctis exercitijs defuncto, Benedictus eius discipulus genere itidē Polonus successit; Magistriq; vitam & mores imitatus triennio superuixit. A latronibus deniq; spe inueniēdæ pecunia occisus, & in flumen proximum Vagum nomine proiectus est. Vbi corp⁹ eius demersum, totō anno sub aquis delituit: tandemq; aquila locum quotidie obseruantis indicio, integrum, & incorruptū inuentū, in templo sancti Emmerami, corpori Magistri sui apposatum est.

In III. Noct: Homil: in Euang: Descēdens Ihsus de monte. ut in cōm. Mart. In Land. & II. Vesp. cōm: Octaua SS. P. N. Benedicti,

Die XVII. Iulij.

Septimā die infra Octau: SS. P. N. B E N E D I C T I.

In I. Noct: Antiph. Tantam gratiam t̄ ei virtus diuina contulerat, ut sub uno solis radio omnē mundum collectum cōspiceret. Psal. Fer. B. & V. eiusdem Noct: cuius est absolutio.

L E C T I O I.

Sermo S. Bernardi Abbatis:

Sancti Patris BENEDICTI vita & gloria specialis, non tam ad gloriam, quam ad virtutem provocat omnes, qui rectō sunt corde. Non recti planè sed peruersi sunt animi, ante querere gloriam, quam exercere virtutem, & velle coronari, qui legitimē nō certauerit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere. Ita est: frustra ad celitudinem nititur gloria, qui prius non claruit virtute. Frustra fatuæ virgines sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguntur; & ideo fatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes.

L E C T I O II.

Virtus, gradus ad gloriam. Virtus, mater gloria est: fallax gloria & vana est pulchritudo, quā illa non parturiuit: sola est cui gloria iure debetur, & securè impenditur. Sancto Patri Benedicto, nec virtus, nec gloria decet; sed quēadmodum ambares, & quō ordine in homine process;

BENEDICTINUM.

67

processerunt, id opera premium intueri. Habemus enim dilectissimi in vita tanti Patris, & quod dignè miremur, & quod salubriter imitemur. Tutiū sane & emulanda solidiora, quam sublimiora & quæ magis virtutem redoleant, gloriam minus. Studeam⁹ proinde moribus conformari, cui in mirabilibus similari, et si voluntus ponemus valeamus.

LECTIO III.

A Mulemur in Viro sobriū vi-
quā, deuorum affectum, &
mulemur mansuetudinem spiri-
tū, castimoniam corporis, oris
custodiā, animi puritatē, ponere
frenū iræ, & modū linguae, dor-
mire parciūs, orare frequentiūs,
cōmonere nosmetipſos psalmis,
hymnis, & canticis spirituali-
bus, dieb⁹ jungere noctes, & di-
uinis laudib⁹ occupare. Æmule-
musr charismata meliora. Disca-
mus ab ipso quod mitis & humili-
s corde fuit, & mulemur inquā,
quod extitit liberalis in paupe-
res, iucundus ad hospites, pati-
ens ad peccantes, benignus ad
omnes: hoc enim melius. In his
forma est, cui imprimamur: in
mirabilis gloria, à qua reprema-
mur: illa læticet, ista ædificet:
moueant illa, ista promoueant.

In II. Noct: Anupb. Pater Sā-
Etus & dum intentam oculorum
aciem, in splendore coruscæ lu-
cis habere videretur, vidit Ger-

mani animam Capuani Episcopi
in Sphæra ignea ab Angelis in-
cœlum deferri. *Psal. Feriales.*

Cap. Iustus cor suum tradidit
ad vigilandum diluculo ad Do-
minum qui fecit illum, & in cō-
spectu altissimi deprecabitur.

V. Iustus germinabit sicut liliū.

R. Et florebit in æternum ante
Dominum. *Oratio. Excita Do-*
mine. Ad Laud. & alias Horas
omnia ut in Feste. Vesp. de Orl.
Dupl: ut in I. Vesp. festi. Cōm. SS.
Syphoros &c. Martyrum.

Die XVIII. Iulij.

Octava Cōmemorationis SSmi.
Patris Nostri BENEDICTI.

Abbatis. Duplex.

Omnia ut in die Festi præter ea
qua sequuntur. In I. Noct: Lect:
Laudemus viros gloriosos. nisi
legenda sit scriptura Dominice.

In II. Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

LECTIO V.

Dilectus planè Deo & homi-
nib⁹ BENEDICTVS: cuius non
sola præscientia in benedictione
fuit, sicut multi sunt dilecti Deo
soli, quia soli Deo iam cogniti;
sed & memoriæ eius in benedi-
ctione est. Nam & vsq; hodie in
triplicem amoris Dominici con-
fessionem, triplici hoc fructu pa-
scit Domini gregem, pascit vitâ,
pascit doctrinâ, pascit interces-
sione. Per quem incessanter ad-

iusti, fructificate & vos charissimi, quoniam in hoc positi estis, ut eatis, & fructum afferatis. Unde eatis, utq; a vobis ipsis, sicut scriptum est: a voluptatibus auertere. Nam & de Domino legimus: quia exiit seminare semen suum. Ecce & hic habemus semen suum, sicut & prius fructum suum. Imitemur & hunc fratres, quoniam ad hoc venit, ut formam nobis traderet, & viam demonstraret.

L E C T I O VI.

E T vos fratres charissimi, exinanite vos, humiliate vos, Seminate vos, perdite vos, seminare corpus animale, & resurget corp^o spirituale. Perdite animas vestras, & in vitam æternam servabitis eas. Benè seipsum perdit, qui nihil vñquam pro se facit, sed omnis eius intentio, & omne desiderium, tendit ad Dei placitum, & vritatem fratrum suorum. Infelix enim qui seminat in carne, quia de carne metet corruptionem.

L E C T I O VII.

A libi vero scriptum est: Beati qui seminant super omnes aquas. Sed quomodo super omnes aquas? Forte & super aquas de quibus legitur: Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini: quæ sunt virtutes Angelicæ, & cœlestes populi. Ita planè quoniam spectaculum fa-

cti sumus & Angelis & hominibus. Seminemus igitur hominibus exemplum bonum per aperata opera; seminem Angelis gaudium magnum, per occulta spiralia, & cœtera huiusmodi, quæ solis eis sint nota. Gaudū enim est Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

L E C T I O VIII.

H Inc dicebat Apostolus: Prudentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Coram Deo dixit: coram eis qui vultui Dei assistunt. Ipsis enim maximè placet, cum vident occulte vos orantes, aut ruminantes psalmum aliquem, aut tale aliquid facientes. Sic seminate & vos, quia tam multi ante vos seminauerunt: fructificate, quia vobis seminauerunt.

In III. Nocturno:

Lectio Sæti Euagelij secundum Matthæum. L E C T I O IX.
I N illo tempore: Dixit Petrus ad I s v m: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliquit. De Homilia S. Bernardi Abbat. In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos: Felix regenerator quando enim renascitur ad sessionem miser homo, natus ad labore: O si vñquam sedere totus, cuius modò ne minima quidem portio sedet: in quo nihil

BENEDICTINUM.

69

nihil tranquillum, nihil quietū, sedatum nihil, nihil vñquā permanens in eodem statu.

LECTIO X.

SEdebitis & vos! ô sessio! quis mihi tribuat, vt dignis exprimam verbis, quod de sessione hac, cordis affectionē concipio? Immo quis tribuat mihi sessionis huius imperturbatā frui reque, quam desidero, quam cupio, quam requiro? Ecce enim dixit: Nihil in me seder, sed cuncta in motu sunt; omnia nuntiant, fluctuant vniuersa.

LECTIO XI.

POstremò vbi concupiscit ad-
huc caro aduersus spiritum,
spiritus aduersus carnem, quid-
nā hominis sedere videtur? Nec
sola iam concupiscentia pacem
impedit, turbat sessionem, ve-
tat esse sedatum. Sed duplex quo-
que secundūm corpus miserum
hominem contrito vexat: præ-
sentis videlicet sensus doloris &
mortis metus futuræ. Nimicum
cum & possibile sit & mortale?
duplex nihilomin' animam agi-
tare sollicitudo videtur: spei vti-
que & timoris. Inter hæc nem-
pè fluctuat iugiter, donec pecca-
ti corpus inhabitat, ascendens
vsq; ad Cœlos, & iterum vsq; ad
abysmos descendens, tabescens in
malis, & ad bona nihilominus
inardescens.

Lectio XII. de S. Symphorosa &

septem filijs Mart: sicut una ex du-
abus ut in Breu: nisi venerit in Da-
minica. In Laud. Comm. S. Sym-
phorosa &c. Mart.

Proximā Dominicā post XVI.
Iulij. Festum SSmi. Scapularis
B. M. V. Duplex.

Omnia ut in Breuiario ad Niues
V. Augusti, prater lect: II. No-
cturni que sumantur ex lib: S. Epi-
phanij Episc. Beata Mater &c. ut
infra XII. Decembris, V. Die in-
fra Octauas Immaculatæ Cōcepti-
onis B. M. V. vbi ex trib' fiant qua-
tuor lectiones & ibi diuidatur lect:
vbi ponitur signum ¶ eiusmodi.

Die XXXI. Iulij.

S. Ignatij Confessoris. Duplex.
Omnia de cōf. Conf. non Pont.
preter ea que hic assignantur.

Oratione.

DEvs, qui ad maiorem tui no-
minis gloriam propagādam,
nouo per B. Ignatium subsidio
militantem Ecclesiam roborasti;
concede, vt eius auxiliō, & imi-
tatione certantes in terris, coro-
nari cum ipso mereamur in cœ-
lis. Qui viuis:

Lectiones I. Noct: Iust⁹ si mor-
te. nisi de Dominica sint di cēda.

In II. Noct: LECTIO V.

Ignatius natione Hispanus, no-
bili genere, Loiolæ in Canta-
bria natus, primò Catholici Re-
gis aulam, deinde militiam secu-
rus est. In propugnatione Pam-
pelo.

pelonensi acceptō vulnerē graviter decubens, ex fortuita piorum librorum lectione, ad Christi Sanctorumq; sectanda vestigia mirabiliter exarsit. Ad mortem ferratū profect⁹, ante aram Beatae Virginis suspensis armis, noctem excubans sacræ militiæ tyrocinium posuit. Inde ut erat induit⁹ saccō, traditis antea mendico pretiosis vestibus, Manresā secessit: ubi emendicatō pane & aqua vicitans, exceptisq; diebus Dominicis ieunans, asperā categnā ciliciōq; carnem domans humili cubans, & ferreis se flagellis cruentans, per annum commoratus est; claris adeò illustracionibus à Deo recreatus, vt postea dicere solitus sit: si sacræ literæ non exstarent, se tamen proficie mori paratum, ex ijs solum, quæ sibi Manresæ patefecerat Dominus. Quō tempore homo literarum planè rudit, admirabilem illum cōposuit exercitorum librū, sedis Apostolicæ iudiciō, & omnium utilitate comprobatū.

LECTIO VI.

VT verò se ad animarum lucratitè formaret, subsidium literarum à Grammatica inter pueros exorsus adhibere statuit. Cūque nihil interim omitteret, de studio alienæ salutis, mirum est, quas ubiq; locorum ærumnas ac ludibria deuorauerit, asperrima quæq; & vincula & verbera pe-

nè ad mortē usq; perpessus: quibus tamen longè plura pro Domini sui gloria sēper expetebat.

LECTIO VII.

Lvtetiae Parisiorum adiuncti sibi ex illa Academia variari nationū socijs nouē, qui omnē artium magisterijs, & Theologij gradibus insignes erant, ibidem in Monte Martyrum prima Ordinis fundamenta iecit: quem postea Romæ instituens, ad tria consueta, quartō additō de missionibus votō, Sedi Apostolica arctius astrinxit: & Paul⁹ Terti⁹ primō recepit, confirmavitque: mox alij Pōtifices ac Tridentina Synodus cōprobauēre. Ipse autem missō ad prædicandum in Indi Euangelium Sanctō Franciscō Xaueriō, alijsq; in alios mundi plagas, ad Religionem propagandam disseminatis, ethniciæ superstitioni hæresiq; bellum indexit, eō successu continuatum, vt constans fuerit, omnium sensus, etiam Pontificiō confirmatus oraculō, Deum, sicut alios a lijs temporib⁹ Sanctos viros, in Luthero, eiusdēq; temporis hæreticis, Ignatium, & institutam ab eo Societatem obiecisse.

LECTIO VIII.

Sed in primis inter Catholicos instaurare pietatem curæ fuit. Temporum nitor, Catechismus traditio, concionum atq; Sacramentorū frequentia, ab ipso in-

cremē-

B E N E D I C T I N U M.

71

cremētum accepēre. Ipse aper-
tis vbiq; locorum ad iuuentutē
erudiendā literis ac pietate Gy-
mnasijs erectis, Romæ Germa-
norum Collegio, malè nuptarū
ac periclitatium puellarum Coe-
nobij; vtriusq; sexūs, tam or-
phanorū, quām Catechumenorū
dormibus; alijsq; pietatis operi-
bus, indefessus lucrandis Deo a-
nimab^o instabat; auditus aliquā-
do dicere: si optio daretur, mal-
le se beatitudinis incertum vi-
vere, & interim Deo inservire,
& proximorū salutē, quām cer-
tum eiusdem gloria statim mo-
ri. In dæmones mirum exerce-
it imperium. Vultum eius cœle-
sti luce radiantem S. Philippus

Nerius alijq; cōspexere, Deniq;
etatis anno lexagesimō quinto,
ad Domini sui amplexum, cuius
maiore gloriā semper, in omni-
bus quæsierat, emigravit. Quē
Gregorius XV, magnis in Eccle-
siā meritis, & miraculis illustrē,
Sanctorum fastis adscriptis.

*In III. Noct. Homil: in Euāg.
Designauit Dominus. ut in cōm:
Euangelistarum.*

*Dominicā infīa Oct: Assumptio-
nis B M. Virginis.
S. Hyacinthi Conf. R.P.P. Dupl.
Omnia ut in Breuiari: Leī XII
Dominice. In Laud: & Vesp. cōm:
Dominice currentis & Oct.*

Die XX. Augusti.

S. Bernardi Abbatis. Duplex.
Omnia ut in Breuiario.

*Domin: post Oct: Asumpt: B. M. V.
S. CASIMIRI Conf. R. P. P.*

Translatio. Duplex.

*Omnia de cōm: Conf. non Pōt. pre-
ter ea qua sequuntur. Cōm: in Laud.*

In II. Noct. Lectio V.

CASIMIRVS, Patre Casimiro,
Matre Elisabethā Austriacā,
Poloniæ Regibus ortus, à pueri-
tia sub optimis magistris, pietate
bonis artibus instructus, iuveni-
les artus asperō domabat ciliciō,
& assiduis extenuabat ieuniis.
Regij spreta lecti mollitie, dura-
cubabat humō & clam intempe-
stā nocte, præ forib^o templorum
pronus in terra diuinam exora-
bat clementiam. In Christi cō-
rēplanda passione assidu^o, Missa-
rū solemnījs adeō erectā in Deū
mente solebat adesse, vt extra se-
rapi videretur. *Lectio VI.*

Catholicam summōperē fidē
promouere studuit, & Ruthe-
norū

morū schisma abolere: quapropter Casimirum Patrē induxit, ut legē ferret, ne Schismatici nova cōpla cōstruerent, nec vetera collabētia restaurarēt. Erga pāperes & calamitatib⁹ oppreslos benefic' & misericors, Patris & defēsoris egenorum nomen ob-

versus infideles receptis, pietate primū Sigismundi tertij Vilna regiæ extructō, & à Vladislao IV; pari munificentia, absolutō, sa-cellō, & illuc corpore honorificētissimē trāslatō, eiusmodi Trānslationis memoria hodie ipsō lo-anne Casimiro de hoc Sedi Apo-lolicæ supplicante, anniversari celebritate colitur. Et quo ad diem celebrandi festum, & officium per totum Regnum Polo-niæ, illum transferri in Domini-nam primam, post Octauam fe-ti Assumptionis Beatæ Mariae Vir-ginis, Innocentius X. indulxit.

In III Noct: Homil. in Euang. int lumbi vestri precincti, de Cōm: Conf: non Pontificis.

cum & Religiorum chōros ip-
ritum Deo reddidit, anno ætatis
vigésimō quintō. Corpus Vilnā
delatum, multis claret miracu-
lis. Etenim præterquā quod pu-
ella defuncta vitam, cœci visum
claudi gressum, & varij infirmi-
sanitatem ad eius sepulchrum re-
cuperarūt. Lithuaniae exiguo nu-
mero ad potētissimi hostis inspe-
ratam irruptionem trepidatibus
in aère apparens, insignē tribu-
it victoriam. Quibus permotus
Leo decimus, eundem Sanctorū
Cathalogo adscripsit.

LECTIO VIII.

IN cuius honorem pluribus eti-
am per Ioannem Casimirū Re-
gem gratijs in Regni tutelā, ad-

Die I. Septembri.
S. Aegidij Abbatis. Duplex.
Oratio. Intercessio, de cōm: Cōf:
non Pontif. Cōm: duodecim Fra-trum Marryrum. In I. Noct. Lecti-
ae libro Ecclesiast. Beatus Vir.

In II. Noct: LECTIO V.
AEGIDIUS ATHENIENSIS, Regis
stirpis, à prima ætate literis
diuinis, & charitatis officijs iu-
dedit⁹ fuit, vt nihil præter ea cu-
rare videretur. Itaq; parentib⁹
mortuis, totum Patrimonium in
pauperes erogauit: quin etiā tu-
nicam exxit, vt agrotum egen-
tem tegeret; quā ille induitus si-
tim conualuit.

LECTI-

BENEDICTINUM.

73

LECTIO VI.

Sed multis deinceps clarus miraculis, timens sui nominis celebritatem, Arelatem ad Beatum Cæsarium cotendit: à quo post biennium discedens, secessit in in Eremum: ubi diutius herbarū radicibꝫ & ceruꝫ lacte, quæ statis ad eum horis veniebat, admirabili sanctitate vixit. Quæ cerua, in sequentibus quoddam die canibus Regis, cum in antrum Aegidij refugisset, Gallæ Regem impulit, ut in loco spelunce Monasterium extrui pateretur. Cuius administrationem flagitare Rege, inuitus suscepit: eoque munere aliquot annis, prudenter pieq; gesto, migravit in Cœlum.

LECTIO VII.

Sermo Sancti Maximini Episcopi. **B**Enè & cōgrue in hac die, quā nobis Beati Aegidij ad Paradysum transitus exultabilem reddit, præsentis Psalmi versicolum decantauimus: In memoria æternæ erit iustus. Dignè enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum. Dicit sermo diuinus: Ne laudes hominem in vita sua: tanquam si diceret: Lauda post vitam, magnifica post consummationem.

LECTIO VIII.

Duplici enim ex causa virtutis est hominū magis memoria laudem dare, quam vitæ; ut illō potissimum tempore merita san-

ctatis extollas, quādō ne claudat̄ adulatio mouet, nec claudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum, prædicta securū. Lauda nauigantis felicitatem, sed cum perduerit ad portū; lauda Ducis virtutem, sed cum perdactus est ad triumphum.

In III. Noct: Homil: in Euang: Ecce nos reliquim omnia. ut in com: Apost: In Laud Comm: SS. Mart duodecim Fratrū. Vesp. à Cap. de seq: cōm: præcedit Angelī Custodis. si contingat infra Oct. Si hoc festum venerit infr. Oct. Angelī Custodis: sit eam in Laud: quām in virtusq; Vesp. cōm Oct. Quod si ipsa dies Angelī Custodis cum hoc festo cōuenierit, sit de Angelo Custode, translato in sequenti diem non impedita Sancto Aegidio. Idem iudicium esto de sequenti festo.

Die II. Septembri.

S. Nonnosi Abbatis. Duplex. Omnia de cōm: Conf. non tontisti præter ea que sequuntur. Oratio. Intercessio. In I. Noct: Lett. Iustus si morte. &c.

In II. Noct. LECTIO V.

Ex libro Dialogorum S. Gregorij Papæ. Libro I. Capit: 7.

NOnnosus, sub asperrimo sui Monasterij deghebat Patre, sed eius mores mira semper æquanimitate tolerabat. Sicq; fratribus præterat in mansuetudine, sic ut crebro

K

erebrò Patris, iracundiā ex hū militate mitigabat. Quia verò eius monasteriū in summo monte Soractis cacumine situm est, ad quamlibet paruum hortum fratribus excolendum nulla patet planities; unus autem brevissimus locus in latere montis excruebat, quem ingentis saxi moles naturaliter egrediens occupabat.

L E C T I O VI.

Quādam verò die dum Nōnōsus Vir Venerabilis cogitaret, quod saltem ad condimēta oleum nutrienda locus idem aptus potuisset existere, si hunc moles sibi illius non teneret; occurrit animo, quod eandē molem quīquaginta boum paria mouere nō possent. Cumq; de humano labore facta esset desperatio, ad Diuinū se solatium contulit, sequē illuc nocturno silentio in Orationē dedit. Cūmq; manē factō ad eundem locum fratres venirent, iouenerunt molem tārē magnitudinis ab eodem locō longius recessisse, suōq; recessu largum fratribus spatium, ad excolendum hortum dedisse.

L E C T I O VII.

ALiō quoq; tempore, cū idē Vir Venerabilis lampades vireas in Oratorio lauaret, vna ex eius manib^z cecidit, quaē per innumerās partes fracta dissiluit: qui vehementissimū Patris Monasterij furorem umens, lampā-

dis protinus omnia fragmenta collegit, atq; ante altare posuit, seq; cum graui gemitu in Orationem dedit. Cumq; ab Oratione caput levasset, sanam lampadē reperit, quam timens per fragmenta collegerat. Sicq; in duob^z miraculis, duorum Patri virtutes imitat^z est. In mole scilicet taxi factum Gregorij, qui montem mouit: In réparatione verò lampadis virtutem Donati, qui fractum calicem pristinæ in columnitati restituit.

L E C T I O VIII.

DUit quādam die in Monasterio vetus oleum decesserat; iāque colligenda oiliæ temp^z incumberet, sed fructus in oleis nullus appareret, visum Patri Monasterij fuerat, ut circumquaque fratres in colligendis oliuis ad exhibēda extraneis opera petigerent: quaten^z ex mercede sui operis, aliquantulū Monasterio oleum deportarent. Quod Vir Domini Nonnolus fieri cū magna humilitate prohibuit, nō excēentes fratres ē Monasterio, dulcra olei quererent, animarum damna paterentur. Sed quia in Monasterij arboribus, oiliæ pauca inesse videbantur, eas colig præcipit, & in prælo mutu, & quilibet parūm olei exire potuisset, sibimet deserri. Factumq; est, v suscepit in paruo vasculo oleum, Fratres Nōnolo Dei famulo detu-

BENEDICTINUM.

75

detulerunt. Quod ipse protinus ante altare posuit, cunctisque egredientibus orauit, atq; accersitis postmodum fratribus præcepit, ut hoc quod detulerant oleum leuarent, & per cuncta vasa Monasterij, exigue fundendo divididerent, quaten⁹ benedictione eiusdem olei omnia infusa videbentur, quæ protin⁹ ut erant vacua claudi fecit. Die verò alterā, aperta omnia plena reperta sunt.

In III. Noct. Homil: in Euang.
Ecce nos reliquim⁹ omnia. ut in
Comm: Abbatum.

Dominica I. Septembbris.
Festum SS. Angelorum Custodū,
Duplex cum Octaua. Omnia ut
in Breu: I. Octobr. Lect. XII. de
Homil Dominicæ. com: in Laud.
& vtrissq; Vesp. eiusdē Dominicæ.
Secundā die infr. Oct. S. Angeli
Custodis Inuitat. Hymn: ut in
festo. In I. Noct. Aña. Dominus
Deus ⁊ cœli & terræ ipse mittet
Angelū suum corā te. Psal. fer.
Sermo S. Augustini Episcopi.

LECTIO I.

Sancti Angeli ad quorum societatem & congregatiōnem in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habent permanendi æternitatē, ira cognoscendi facilitatem, & requiescendi felicitatem; sine difficultate quippe nos adiuuant, quia spiritualibus meritis puris & liberis non laborant. ¶ Angelis suis.

LECTIO II.

Nos duas societas Angelicas intelligimus, vnam feruente Deo, alteram clementem typho. Vnam cui dicitur: Adorate eum omnes Angelis eius, aliam, cui Princeps dicit: Hæc omnia dabo tibi, si prostratus adoraueris me. Vnam Sancto Dei amore flagrātem: alteram propriæ celsitudinis immūdo amore sumātem. Et quoniam sicut scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; illam in cœlis habitantem, istam inde deiecit, in hoc infimo aëreo collo tumultuantem. ¶ Respōdit An.

LECTIO III.

Illam luminosa pietate trāquilam; istam tenebrosis cupiditatibus turbulentā. Illam Dei nutu clementer subvenientem, iustè vlciscentem; istam suo fastu subdendi & nocendi libidine æstuantem. Illam, ut quantum vult cōsulat, Dei bonitatis ministram; istam ne quātum vult noceat, Dei porestate frœnatam. Illam huic illudentem, ut nolens pro sit persecutionibus suis; hanc illi inuidentem cum peregrinos colligit suos. ¶ in conspectu.

In II. Noct: Antiph. Deus meus ⁊ misit Angelum suum, & cōclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi Psal. fer. Capitulū.

Nec cōtempnendū putas, quia non dimittet cūm peccaueris,

K 2

& est

& est nomen meum in illo.

V. Ascendit fumus aromatum
in conspectu Domini **R.** De ma-
nu Angeli. *Oratio* Deus qui in-
effabili, ut in festo. *Ad Laud.* &
per horas, omnia ut in die festo.
Sic dicitur officium per totam Oct.
preter Lect. & Anas Nocturnorū.

Tertiā die infra. Oct: S. Ange-
li Custodis. *In f. Noct: Anas*
Bene ambuletis † & Domin' sit
in itinere vestro, & Angelus eius
comitetur vobiscum. *Psal. fer.*
Sermo S. Bernardi Abbatis.

LECTIO I.

Hic est funiculus triplex, quo
de excelsō cœlorum habita-
culo ad consolandos, ad visitan-
dos; ad adiuuandos nos attrahi-
tur supereminēs charitas Ange-
lorum, propter Dēum, propter
nos, propter seipsoꝝ. Propter
Dēum vtiq; cuius tanta erga nos
misericordia viscera ipsi quoque
imitantur. Propter nos, in qui-
bus propriam similitudinem mi-
serantur. Propter seipsoꝝ, quo-
rum ordines instaurādos ex no-
bis totō desiderio præstolantur.
In ore enim parvulorum, qui la-
ete modō vescuntur, & nōdūm
solidō cibō, perficienda est laus
illa maiestatis Diuinæ, cuius ha-
bentes primitias Angelici Spir-
itus beatā delectatione fruuntur.
Sed tanto audiūs nos expectat,
quanto cōsummationis eius ex-
pectatione & expetitione solli-

citantur. **R.** Vivit ipse Domin'

LECTIO II.

Quæ cūm ita sint pensate eti-
am, quantā nobis sollicitudi-
ne opus est, vt dignos nos exhi-
beamus eorum frequentiā, & eō
modō cōuersemur in conspectu
Angelorum, ne forte sanctos of-
fendamus obtutus. Væ enim no-
bis si quando prouocati peccati
& negligentijs nostris indignos
nos iudicauerint præsentia & vi-
sitatione suā, ut iam necesse ha-
beamus & nos plangere, & dice-
re cum Propstera: Amici mei &
proximi mei, aduersum me ap-
propinquauerunt & steterunt; &
qui iuxta me erant de longe ste-
terunt, & vim faciebāt, qui quæ-
rebant animam meam. Elonga-
tis nimis eis, quorum præsen-
tia protegere nos; & propulsare
poterat inimicum. **R.** Angelus,

LECTIO III.

Quod si tam necessariam habe-
mus familiaritatem dignatio-
nis Angelicæ; cauenda nobis el-
ecorū offensa, & in his maximis
exercēdum, quibus eos novim
oblectari. Sunt enim plurima
quaꝝ eis placent, & quaꝝ in nobis
inuenire delectat; vt est sobrie-
tas, castitas, paupertas volūtarī
crebri in cœlum gemit, & or-
tiones cum lachrymis, & cordis
intentione. At tamen super o-
mnia hæc vnitatem & pacem a
nobis exigunt Angelii pacis. E-
contra

B E N E D I C T I N V M.

77

contra verō nihil æquè offendit,
& ad indignationem prouocat
eos, quomodo dissētiones & scā-
dala. ¶ In omni tribulatione.

In II. Noct: Antiph.

Cum essem vobiscum † per vo-
luntatem Dei eram: ipsum be-
nedicite & cantate eū. *Psal. fer.*

Quartā die infr. Oct: S. Angelī
Custodis; *In I. Noct: Ana-*
Tollens † se Angelus Domini,
qui præcedebat caltra Isrāel abiit
post eos. *Psal Fer. Sermo S Hy-
larij Episcopi.* **LECTIO I:**

IN conspectu Angelorum psal-
lam tibi. Parvū sibi existimat
Propheta esse, ut hominibꝫ tān-
tum præsentibꝫ psallat, quia ho-
mines corporalium tantum ne-
gotiorum officia inspiciunt; ita
eo enim quod psallit; merūt
cōplacitæ operationis Dōne ostē-
dit. Non ergo quæ videntur in
corpore cerni desiderat. Sed ea
quæ spiritualiter naturæ spiritu-
ales contuentur gerere festinat
Scit enim sub sp̄culi Angelorū
vitam omnem, moresq; agere, &
vbiq; hæc diuinorum ministeri-
orum auxilia fidelibꝫ cunctis as-
sistere. ut scriptum est: Præst
Angelus Domini in circuitu ti-
mentum eum. ¶ Machabæus.

LECTIO II.

Legem etiam Moysi in manu
mediatoris per Angelos suis
depositam docet Apostolus; nec

non & Eliseus absolutissimè do-
cuit, humanas infirmitates An-
gelorum auxilijs defendi, & in
omnibus périculis, si fides ma-
near, in nobis adesse spiritualiū
virtutum defensionem. Nam
cūm Rex Sitiæ capere Geh vrbem,
in qua idem Propheta Eli-
seus esset, pararet, & nocturnis
itineribus exercitum suum, qui
antelucanꝫ urbem ob sideret, de-
stinasset, puer Elisei conspecta
obsidione dixit: O Domine quid
faciemus? Et dixit: Noli time-
re, quia plures sunt nobiscū quā
cum illis. ¶ Tu Domine.

LECTIO III.

ET orauit Eliseus ad Dominū,
& dixit: Adaperi Domine o-
culos pueri huius ut videat, &
aperuit Dōminꝫ oculos pueri &
vidit. Et ecce mons erat plenus
equis, & curribus in gyro Elisei,
& descendenterunt ad eos. Tantus
& tam nobilis Propheta solus
contemplatione auxiliorum spi-
ritualium dignus est. Sed oratio
eius ad Deum, visum incorpora-
lium etiam puerō suo meruit. In
hōrum igitur assistentium huma-
nis auxilijs Angelorum conspec-
tu psallat Propheta, simplicibꝫ
spiritualium operum contempla-
tionē placiturus. ¶ Si audieris.

In II. Noct: Antiphona.

Immitet † Angelus Domini in
circitu timentum eum, & cri-
per eos. *Psal fer.*

K 3

Quint-

OCTAVARIUM

Quintā Die infr. Oct. S. Angeli
Custodis. In I. Noct. Aia.

Misit Dominus f. Angelum su-
um qui percussit omnem virum
robustum & bellatorem, & prin-
cipem exercitus Regis Assyrio-
rum. Psal. fer.

Sermo Sancti Augustini Episco-
pi. lib. 9. Ciuit. cap. 22.

LECTIO I.

Angelis bonis omnis corpora-
lum temporaliumq; rerum
Scientia vilis est, non quod earū
ignari sint, sed quod illis Dei, quā
significatur charitas chara est.
Præ cuius non tantum incorpo-
rali, verū etiam incōmutabili
& ineffabili pulchritudine, cui
sancto amore inardescunt, omnia
quæ infra sunt, & quod illud est
non sunt: seq; ipsos inter illa cō-
temnunt, vt ex toto quod boni
sunt, eō bonō, ex quo boni sunt,
perfruantur. ¶ Angelis suis.

LECTIO II.

Angeli in cœlestibus sedib⁹ cō-
stituti, immortales & beati,
qui Creatoris sui participatione
gaudent, cuius æternitate firmi,
cuius veritate certi, cui⁹ mune-
re sancti sunt; quoniā nos mor-
tales & miseros vt imortales be-
atiq; simus, misericorditer dili-
gunt, nolunt nos sibi sacrificare,
sed ei, cuius & ipsi nobiscum se
sacrificiū esse nouerunt. ¶ Re-
spondit.

LECTIO III.

Cum ipsis sum⁹ vna ciuitas Dei,
cūm dicitur in Psalmo: Glo-
riosa dicta sunt de te ciuitas Dei,
cuius pars in nobis peregrinatur,
pars in illis opitulatur. De illa
quippè superna ciuitate, vbi Dei
voluntas intelligibilis atq; incō-
mutabilis lex est, de illa superna
quodāmodo curia (geritur nam
que vbi cura de nobis) ad nos
ministrata per Angelos, sancta
scriptura descendit. ¶ In cons-
pectu gentium.

In II. Noct. Antiph.
Stetit Angelus f. iuxta aram re-
pli, habens turibulum aureum
in manu sua. Psal. fer.

Sextā die infr. Oct. S. Angeli
Custodis. In I. Noct. Aia.
Adorate Dominum f. omnes
Angeli eius audiuit, & latata est
sion. Psal. fer.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

LECTIO I.

Dignum est, vt gloriam Ange-
lorum non capientes, tanto
magis amplectamur misericor-
diā, quā nimirūm constat ni-
hilominus abundare domesti-
cos Dei, cœli cives, Principes
paradisi: testatur enim Aposto-
lus, qui raptus ad tertium cœlum,
beatæ curiæ illi meruit interesse,
atq; eius nosse secreta, quoniam
omnes administratorij sunt spi-
ritus, missi in ministeriū prope-
eos,

eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Neq; id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoq; Creator & Rex Angelorū venit non ministrari, sed ministrire, & animam suam dare pro multis. ¶ Viuit ipse Dominus.

LECTIO II.

Ministrant Angeli, sed de alieno offerentes Deo bona opera non sua, sed nostra, & nobis eius gratiam referentes; unde & scriptura dicit: Quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angelorum: sollicitè praemisit, data ei fusse incensa multa. Nostros enim sudores, non suos; nostras, non suas lachrymas offerunt Deo; nobis quoque eius munera referunt non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed humilior vniuersis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui Patri offerens animam suam, nobis ministrat usq; hodie carnem suam. ¶ Angelus Domini.

LECTIO III.

Huius iraq; tanti mysterijs gratia, nihil mirum, si dignatur nobis, immo & libenter Angeli sancti ministrare. Ipsi enim amant nos, quia nos amavit Christus. Dicitur certe vulgari proverbiu: Qui me amat, & canem meum. Nos vero ob beati Angeli, catelli sumus Domini illius, quem tantò affectu diligitis. Catelli in-

quam, cupientes saturari de misericordiis, quæ cadunt de mensis Dominorum nostrorum, qui esis vos. Et hæc dixerim, fratres, ut ampliorem de cetero erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra illorum inuocetis auxilia sed & dignæ eorum praesentia conuersari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare benevolentiam, exorare clementiam studeatis. ¶ In omni tribulatione.

In II. Noct: Antiphona.

Mitte Domine † Angelum bonum ante nos in timore brachij tui: ut metuant qui oderunt nos. Psal. fer.

Septimā die intr. Oct. S. Angelis Custodis. In I. Noct: Antiphona.

Angelus meus † vobiscum est, dicit Dominus: ipse autem ex-

quireret animas vestras. Psal. fer.

Sermo S. Ambrosij Episcopi.

LECTIO I.

HOstium tumultus bellicosus minimè timere debemus, nec quamlibet numerosam hostium multitudinem intimidare. Quoniam, sicut ait Apostolus, maior est, qui in nobis est, quam qui in mundo, hoc est, potentior est ad protegendos famulos suos Christus, quam diabolus ad instigandos inimicos; quamvis enim idem diabolus colligit sibi turbas, & crudeli eas armet insanias; tamē facie

OCTAVARIUM

facilè destruuntur, quia melioribus populum suum Saluator circumdat auxilijs. Ait enim Prophetæ: Immitet Angelum Dominus in circuitu timetum eum, & eripiet eos. Quod si Angelus Domini timentes eum de periculis eripit, non potest timere barbarum, qui timuerit Saluatorem. ¶ Machabæus.

Idem in Epist: ad Hebreos. c. 1.

LECTIO II.

Quid miraris si filio ministerium exhibent Angeli, cum etiam nostræ salutis ministros eos constet effectos? Filius tamen sicut Dominus saluat: isti vero sicut servi saluti prædestinatū deserviunt. Intelligite igitur, quæcūs honor nobis existit, ad quos sicut ad amicos, ita ministros, Angelos suos destinat De'¶ Tu Domine.

Idem in Psal. 37. LECTIO III.

Qui iuxta me erant de longe pietatis abhorreat affectus, ut præ Angelis dixerit, qui prætendunt timentibus Dominum, ut eripiant eos de temptationibus, quas ferre non possunt. Quomodo ergo longè stant qui ad adiumentum sunt attributi? sed non illi se separant, sed qui urgetur temptationibus, putat eos longe absesse, quos proprius sibi adesse desiderat, & carbitratur dissimulare, cum illi adiuuādi tēpus nutu-

Imperatoris sui expectente, qui athletam suum, quō gloriolius vinceret, diutius certare præcepit. ¶ Si audieris vocem meam.

In II. Noct. Antiphona.

Benedicte Dño + omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocē sermonum eius. *Psal. ser.*

Ad Vesperas Duplex, Omnia dicuntur sicut in primis Vesperis festi. Comm. Dominica

In Octaua S. Angeli Custodis Duplex. *Lect. I. Noct. de Dominicā secunda Septembribus.*

In II. Noctur.

Sermo S. Bernardi Abbatis, super Psalmum. Qui habitat.

LECTIO V.

Angelis suis mandauit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim? quib⁹? de quo? quid mandauit? studiosè consideremus, fratres, diligenter cōmendemus memoriarē hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? cuius sunt Angelī? cuius mandatis obtinperant? cuius obediunt voluntati? nempē Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis: nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. ¶ Viuit ipse.

LECTIO VI.

SUmma ergo maiestas mandauit Angelis, & Angelis suis manda-

mandauit; illis vtiq; sublimibus tam beatis, tam proximè sibi co-hærentibus, tam familiariter si-bi adhærentibus, & verè dome-sticis Dei mandauit de te. Tu quis est? Quasi verò homo non sit putredo, & filius hominis vermis. ¶ Angelus Domini.

LECTIO VII.

SED quid putas mandauit de te? nunquid scripsit cōtra te amaritudinē? numquid ut contra folium, quod ventō rapitur, ostendat potentiam suam, & stipulā siccām persequantur? numquid, vt collat impium, ne videat gloriām Dei? mandandum istud est non mandatum. Itaq; Angelis Iuis mandauit de te, vt custodi-ant te. Preciosum depositū no-bis cōmiserat fructū crucis suę, p̄t̄ium sanguinis sui, non con-tentus custodia hac tam parūm tutā, tam parūm utili, tam fragili, tam insufficien-ti. Super mu-ros tuos Ierusalem constituit cu-stodes, nempe etiam ipsi, qui vi-dentur muri, aut in muro ipso columnæ, custodibus egent, & maximè. ¶ In omni tribulatio-ne.

LECTIO VIII.

Quantam tibi debet hoc ver-bum inferre reverentiam, af-ferre deuotionem, cōferre fidu-ciam? Reverentiam pro præsen-tia, deuotionem pro beneuolen-ria, fiduciam pro custodia. Cau-te ambula, vt videlicet cui ad-

L

sunt Angeli, sicut eis mandatum est, in omnibus vijs tuis: in quo-uis diuersorio, in quoquis angulo Angelo tuo reverentiam habe. Tunc audies illo præsente quod vidente me non auderes? Ceterū etsi tam parvuli sumus, & tam magna nobis, nec modò tā magna, sed & tam periculosa via restat, quid ramen sub canticis cu-stodibus timeamus? nec supera-ri, nec seduci, minus autem se-ducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus vijs nostris. Fi-deles sunt, prudentes sunt, po-tentes sunt, quid trepidam? tā-tum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cœli commoremur. ¶ Sterit Angelº.

In III. Noct: ad Cantica Ana.
Ecce ego ē mīto Angelum me-um qui præparabit viam meam ante faciem tuam.

Canticum. Domine miserere nostri. cum reliquo ut in festo S. Michæli. ¶ In conspectu An-gelorū psallam tibi Deus meº. ¶ Adorabo ad tēplum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.

Lectiones ut in die festi. Lectione XII. de Homilia Dominica secun-de Septembri, cursus fit comme- in Laud. ¶ in II. Vesp.

Si Oœt: S. Angelis Custodis, inci-derit in festum Natiuitatis B. Ma-riae Virg, fit de B. Maria Virgine, cum comm: Oœt: Sancti Angeli Custodis.

Die

Die XVII. Septembris.

SACRI NOMINIS BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIAE

Duplex. Ad Vesp. Aña.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem despōsatā Ioseph, & nomen Virginis MARIA. Psal. Dixit Dominus. Aña. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini, & MARIAE Matris eius. Psal. Laudate pueri. Aña. Ave M A R I A gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Psal. Lætatus sum. Aña. Permaneat & magnificeatur nomen tuum usq; in temporeternum o M A R I A. Psal. Nisi Dominus. Capitulum. Iud. 13.

Benedicta es tu filia à Domino Deo extenso, præ omnib^m mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternū. ¶ br. Ave Maria &c. Hymn. Ave maris stella. &c.

¶ Sit nomen Mariæ benedictū. ¶ Ex hoc nunc & usq; in sacerdolum. Ad Magnificat Aña.

MARIA nomen cunctas illuminat Ecclesiæ, cui fecit magna qui potens est; & sanctum nomen eius. *Oratio:*

Deus qui gloriosam Macrem tuam nominari MARIAM voluisti: concede quæsumus, vt qui dulce Mariæ nomen implo-

rant, perpetuum sentiane euz benedictionis effectum. Qui viuis. Pro SS. Cornelio & Cypriano. Aña. Gaudet in cœlis. ¶ Exultabunt Sancti. &c.

Oratio.

Beatorum Martyrum pariterq; P̄tificum Cornelij & Cypriani nos quæsumus Domine festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per Utrum.

Ad Matutinum *In uitatorium:* Ave Maria. Hymn. Quem terra pontus æthera. In l. Noct: Aña.

In vniuersa terra admirabile est nomen tuum M A R I A. Psal. Domine Domin^r. Aña. In omnē terram diffusa est laus nominis M A R I A E. Psal. Cœli enarrant. Añes Super maria & flumina fundavit Mariam, & dedit illi nomen virtutum Rex gloria. Psal. Domini est terra. Aña. Speciosum Mariæ nomen deprecatur omnes diuites plebis, cuius decoré cōcupiuit Rex. Psal. Eructauit cor meum. Aña. Refugium est in tribulationibus Mariæ nominis omnibus illud inuocatib^m. Psal. Deus noster refugium. Antiph. Maria Civitas Dei Sancta; gloriola dicta sunt de nomine Ianæ tuo. Psal. Magnus Domin^r. ¶ Magnificate Mariam Virginem mecum. ¶ Et exalte nomen eius in æternum.

De lib. Exodi. LECTIO I
Sumpsis MARIA Prophetissi se-
tos

BENEDICTINUM.

83

tor Aaron tympanum in manu sua, egressaque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quib' præcinebat dicens: Cantemus Domino, glorijs enim magnificat' est; equum & ascensorem deiecit in mare.

¶. Laudetur nomen sacrum, atq; insigne Mariz * Nam mundo peperit Virgo salutis opem.

¶. Latentur cœli de tali nomine & Orbis. Nam mundo.

LECTIO II.

¶. Vlil autem Moyses Isræl de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam: & venerunt in mara: nec poterant bibere aquas de mara, eo quod essent amaræ: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum mara, id est: amaritudinem.

¶. Benedictum sit nomen Mariæ. * Cuius manus tornatiles plena hyacinthis. ¶. Implorantibus Mariæ nomen, Maria præsto ad est. Cuius manus.

LECTIO III.

ET murmurauit populus contra Moysem dicens: quid bibemus? Ad ille clamauit ad Dominum. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, indulcedinem versæ sunt. ¶. Beatisimæ Virginis nomen deuotissimè celebrem* Ut ipsa pro no-

bis intercedat ad Dominū Iesū Christum. ¶. Cum iucunditate nomen Beatæ Mariæ Virginis deuotissimè celebrem*. Ut ipsa;

LECTIO IV.

Ibi constituit ei præcepta atque iudicia, & ibi tenet eum dicens: si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est corā eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq; omnia præcepta illius, cunctum languore, quem posui in Aegypto non inducam super te: ego enim sum Dominus Deus sanator tuus.

¶. Salutemus Mariam pro nobis filium exorantem. * Et illi dicamus: Ave Maria gratia plena Dominus tecum. ¶. Hac est Gedeonisvellus, qua leuissima orationis compressione larga exhibet gratiarum stillicidia. Et illi dicamus: Ave. Gloria Patri. Et illi dicamus: Ave.

In II. Noct: Antiphona.

Nomen tuū Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiauit universo mundo. *Psalm.* Benedixisti Dñe. *Amen.* Nomen Beatissimæ Mariæ Virginis cum gudio celebremus. *Psalm.* Fundamenta eius *Amen.* Nuntiate inter gentes gloriam Mariæ, in omnibus populis mirabilia nominis eius. *Psalm.* Cantate Domino. *Amen.* Annunciauerunt Cœli nomen Mariæ, & viderunt omnes populi gloriam

siam eius. *Psalm.* Dominus regnauit. *Ana.* Notum fecit Dominus sacrum Mariæ nomen, & in cōspectu gentium revelauit virtutē nominis eius. *Psalm.* Cantate Dmno. *Ana.* Gloriosæ Virginis Mariæ nomen dignissimum recolamus. *Psalm.* Dominus regnauit irascatur. *¶.* Repleatur os meum laude Mariæ. *¶.* Ut cantem gloriam nomini Sancto ei^o. De Sermone S. Epiphanij Episc.

LECTIO V.

Beatæ Anna grauida effecta, cœlum & thronum Cherubicum peperit Sanctam Puellam Mariam; illa enim reperitur esse Cœlum, Templum, & Thronus; quia Mariam interpretari solem^m Dominam atq^{ue} etiam spem. Peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempe Christum. *¶.* Gloriosæ Virginis Mariæ nomen dignissimum recolamus. * Cuius Dominus humilitatē respexit, quæ Angelo nūciantē concepit Salvatorem mundi. *¶.* Beatissimæ Virginis Mariæ nomen dignissimum celebrem^o. Cui^o Dominus. **L E C T I O VI.**

Rvrsum nomen illud Maria, interpretatur Myrrha maris, myrrhā verò dicet aliquis (quod ego etiam ajo) de immortalitate, eò quod paritura erat gemmam immortalē in mari, hoc est: in mundo. Mare autē dicet vniuersum mundum, cui Virgo serenitatem, & tranquillitatem

conciluit, dum portum peperit Christū. *¶.* Benedic tu à Dominō Deo tuo, in omni tabernaculo Iacob. * Quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuū, magnificabitur super te Deus. *¶.* Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu Maria honorificentia populi nostri. Quoniam.

LECTIO VII.

Rvrsum itaq^{ue} præclare Puellæ Mariæ beatum nomen interpretatur. illustrata; ut pote quæ illustrata sic à filio Dei, & cunctis angelis usq^{ue} ad terminos terræ credentes, Trinitati illuminauerit; Sancta enim Puella Virgo Maria est, sponsa Trinitatis, & thesaurus dispensationis arcanus, cui Gabriel inquit, Ave gratia plena Domin^o tecū; subiuxit Gabriel; Et Pater misit me Arrhabonē de cœlo Spiritū Sanctum Præparauit Virginē vnigenito Filio, cœlesti spōlo: quā Pater dilexit, Fili^o inhabitauit, Spirit^o Sanct^o percūpiuit. *¶.* Melius est bonum non men, quam diuincie multæ * Turris fortissima Mariæ nomen. *¶.* Præpugnaculū est omnibus qui ad illud configunt. Turris.

LECTIO VIII.

Ipsa est enim sponsa, & thalamus, & ex ea sponsus procedit Christ^o, Virgineū indumentum iuxta suave Davidis Propheta cationem: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam spon-

spōsus procedēs è thalamo suo.
O sponsi desiderium summā pū-
ritatis! propriam ancillam pro-
pensiōre affectu, constituit spō-
sam & Matrem. ¶ Nomen san-
ctum meum notum faciam in
medio populi mei. * Et scient
quia ego Maria. ¶ Deliciae meæ
esse cum filiis hominum. Et sci-
ent. Gloria Patri. Et scient.

In III. Noct: Amib.

Corde & animō Christo cana-
mus gloriam, in hac sacra sole-
mnitate præcessi Nominis Geni-
tricis Dei Mariæ. Canticum. Ob-
audite me. V. in Comm: Virg.
¶ Ave Maria gratia plena.

B. Dominus tecum.

Lectio Sancti Euangeli secun-
dum Lucam..

L E C T I O I X. cap. I.

IN illo tempore: Missus est An-
gelus Gabriel à Deo, in ciuita-
tem Galilæa, cui nomen Naza-
reth, ad Virginem despensatam
viro cui nomen erat Ioseph, de
domo David & nomine virginis
Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

ET nomen inquit Virginis Ma-
ria. Loquamur pauca & super
hoc nomine, quod interpretatiū
maris stella dicitur, & Matri Vir-
gini valde cōuenienter aptatur.
Ipsa namq; aptissimè syderi cō-
paratur, quia sicut sine sui cor-
ruptionē sydus suum emittit ra-
diū, sic absq; sui lumen Virgo

parturiuit filium. Nec syderi ra-
dius suam minuit claritatē, nec
Virgini Filius suam integritatē,
¶ Nomen tuum Dei Genitrix
Virgo gaudium annunciauit vni-
uerso mundo. * Ex te enim or-
tus est sol iustitiae Christus Deus
noster, qui soluens maledictio-
nem dedit benedictionē & con-
fundens mortem donauit nobis
vitam sempiternam. ¶ Benedic-
ta tu in mulieribus, & benedi-
ctus fructus ventris tui. Ex te
enim. L E C T I O X.

Ipsa est igitur nobilis illa stella
ex Iacob orta, cuius radius uni-
versum orbem illuminat, cuius
splendor & præfulget in super-
nis, & inferos penetrat, terras
etiam perlustrans, & calefaciens
magis mentes, quam corpora,
fouet virtutes, excoquit vitia.
Ipsa inquam & præclara & exi-
mia stella, super hoc mare ma-
gnum & spatiolum necessariò
subleuata, micans meritis, illu-
strās exemplis. ¶ Clarissimum
Mariæ nomen ipsa stella est præ-
fulgens * Peccatores illuminat,
& dirigit in portum salutis.
¶ Cōsolatur tristes, miseros le-
uat, & iacētes erigit. Peccatores.

L E C T I O XI.

Quisquis te intelligis in huius
sæculi profluvio magis inter
procellas, & tempestates fluctu-
are, quam per terram ambulare,
ne auertas oculos à fulgore hu-
ius sy-

Ius syderis, si non vis obrui pro-cellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiz vndis, si ambitionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculum concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, si conscientiae fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, baratro incipias absorberi tristitia, desperationis abysso, cogita Mariam. ¶ Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat. * Omnia gratiarum charismata in Mariam & ipsa non intumescit. ¶ Dixit illi Angelus: Ave Maria gratia plena. At ipsa respondit: Ecce ancilla Dñi. Omnia.

Si hoc festum incidat in Quatuor temperib'. Duodecima lectio erit de Homili fer occur. Et ea si commi in Laud: tantum. Si vero non occurverit, erit.

LECTIO XIII.

IN periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam engita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde; & vt impetres eius Orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias; ipsam rogans non desperas; ipsam cogitans nō ex-

ras; ipsa tenente non corrui ipsa protege te non metuis; ipsa Duce non fatigaris; ipsa propitiā peruenis, & sic in temeripso experiris quād merito dictum sit: Et nomen Virginis Maria. ¶ Nomen gloriose Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ oræ de tribu Iuda, clara ex stirpe David. * Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. ¶ Hodie nominata est Beata Virgo Maria, ex progenie David. Cuius vita Gloria Patri. Cuius vita. Te Deum laudamus. *Euangelium.*

Sequentia Sancti Euangeli sc. cùndum Lucam. cap. 1.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitate Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despensatam viro, cui nomen erat Joseph: de domo David. & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Ave gratia plena, Domin' tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ eum audisset, turbauit in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Netimeas Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce cōcipes in utero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus; & filius altissimi vocabitur: Et dabis illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non

non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fieri istud: quoniam virum non cognosco? Et respodens Angelus, dixit ei. Spiritus Sanctus superveniet in te: & virtus Alethim obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum; vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quem vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Oratio.

Deus qui gloriosam. ut supra.

Ad Laudes & per horas Antiph. Mirabiles elationes maris: sed mirabilior in nomine Mariæ Dominus. *Psalo.* Dominus regnauit. *cum reliquo de Dominicis.* Aña. Laudate in exultatione MARIE nominem quoniam suauis est. Aña. Labia mea laudabunt te o Maria, quia dulce est nomen tuum super mel ori meo. Aña. Spiritus & animæ iustorum benedicant Mariam, in nomine sancto eius. Aña. Beneplacitum est Domino in nomine Mariæ, in quo exaltavit mansuetos in salutem.

Capitulum. & R. breue. ut in 1 Vesp. Hymnus. O gloriola Domina. V. Letabor & exulta bo in te Maria. R. Psalmum dicam nomini tuo. *Ad Benedictus.*

Aña. Benedictus Deus qui Mariæ Virgini, lucis nomen donauit, ut illuminaret eos, qui in tenebris sedent; & ut stella maris errantes dirigeret in portum pacis.

Ad Primam. Pro lectione breue. Capitulum None.

Ad Tertiam Aña. Laudate in exultatione. Capitulum. Benedicta es tu. V. Repleatur os meum laude Mariae. R. Ut cantem gloria nomini sancto eius.

Ad Sextam Aña. Labia mea. Capitulum. Benedicta tu à Domino Deo tuo in omni tabernaculo Iacob; quoniam in omni gente que audierit nomen tuum magnificabitur super te Deus Israel. V. Ave Maria gratia plena. R. Dominus tecum.

Ad Nonam Aña. Beneplacitum est Domino. Capitulum. Egressum est nomen meum in gentes propter speciem tuam: & quia perfecta es in decore meo, quem posui super te: dicit Dominus Deus. V. Letabor & exultabo in te Maria. R. Psalmum dicam nomini tuo.

In H. Vesp. Aña. Capitulum. R. Hymn & V. ut in 1. Vesp. *Ad Magnis: Antiph.* MARIA Virgo omnium oculis gratiosa; nominatum est nomen gloria eius, vñq; in extremum terræ.

Die XXVII. Septembri.
S. STANISLAI Epis opi & Martis
R. P. P. Translatio, Duplex.

Omnia

Omnia ut in festo eius, Mense Maie, prater Lectiones I. Noct: que leguntur, De Actib' Apostolorū. A Milero &c. ut in Comm: unius Mart. Et Lect: II. & III Noct: ut in ipsa Octaua eius Festi num: 52. Vespere a Capitulo de sequenti. Commemoratio praecedentis.

*Die XXVIII. Septembbris.
S. Venceslai Martyris R. P. P.
Duplex. Omnia ut V. Marij in festo Translationis eiusdem num: 16.
Vesp: de sequ: Comm: preced.*

*Die V. Octobris.
SS. Placidi & Sociorum Mart:
Duplex. Omnia ut in Breuiario.
Die Dominico post Festum SS.
Placidi & Sociorum...
Dedicatio Eccles: Conuentua-
lis Tyneensis. Duplex.
Omnia ut in Breuiario de cōmu:
Dedicationis cum Octaua.*

*Die VIIII. Octobris.
S. Iustine Virginis & Martyris.
Duplex. Omnia ut in Breuiario.
Dominica die post Octauas Dedic:
Ecclesia Conuentualis Tyneensis.
Festum Reliquiarum eiusdem Basili:
cae Tyneensis. Duplex.
Ad Vesp. Antiph. Corpora San:
ctorum. cum reliquis de Laud:
infra. Psal. Dixit Domin⁹. cum
reliquis de Dominica.
Capitulum. Sap. 3. art. 3.
Iustorum animæ in manu Dei*

sunt, & non tangat illos tormē-
tum mortis, vīsi sunt oculis insi:
pienti mori; illi autem sunt in
pace. ¶ bre: Exultent iusti * In
conspectu Dei. Exultent. ¶ Et
delectetur in lætitia. In consp.
Gloria Patri. Exultent iusti.

Hymnus.

Christe redemptor omnium,
Conserua tuos famulos,
Beatae semper Virginis
Placatus Sanctis precibus.
Vates ēterni iudicis
Apostoliq; Domini
Suppliciter exposcimus
Saluari vestris precibus.
Martyres Dei inclyti
Confessoresq; lucidi,
Vestrī orationibus
Nos ferte in cœlestibus.
Chori Sanctarum Virginum
Monachorumq; omnium
Simul cum Sāctis omnib⁹
Consortes Christi facite.
Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus
Ut Christo laudes debitas.
Persoluamus alacriter.
Gloria Patri ingenito
Eiusq; Vnigenito
Vnā cum sancto Spiritu
In sempiterna sēcula, Amē
¶ Lætamini in Domino & exul:
cate iusti. ¶ Et gloriamini o:
mnes recti corde.
Ad Mag. Antiph: Gaudent in
cœlis animæ sanctorū, qui Chri:
sti ve

Ali vestigia sunt securi; & quia pro eius amore sacerdolum spreverunt, id est cum Christo exultat sine fine. *Oratio.*

Propitiare quæsumus Domine famulis tuis, per Sanctorum tuorum, quorum hic habentur Reliquiae, & patrocinia veneramur merita gloria: ut eorum pia intercessione, ab omnibus semper protegamus aduersis. Per Dominum. &c. *Deinde fit Comm: Dominica occurritus.*

Ad Matutinum. Invitati Regem Regum Dominum venite adoremus. * Quia ipse est corona Sanctorum omnium. *psalm. Venite.*

Hymnus.

AÆterna Christi munera
Sacros honores Cœlum
Laudes canentes debitas
Lexis canamus mentibus.
Deuota Sanctorum fides
Inuicta spes credentium
Perfecta Christi charitas
Mundi triūphat Principē.

In his Paterna gloria
In his voluntas spiritus
Exultat in his filius
Cœlum repletur gaudio.
Te nunc Redemptor quæsumus
Ut ipsorum consortio
Iungas precantes servulos
In sempiterna sacerdotes.

Antiphona. Psal: & v. I. & II.
Noct: ut in festo Omnia Sanct.
In I. Noct: Lect: de Epist: Beati Pauli Apostoli ad Rom: Fratres de-

bitores. ut in cōmu: Plur: Mart:

R. I. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: * Erenomina eorum vivent in generationem & generationem. **v.** Sapientiam Sanctorum narrente populi, & laudem eorum pronunciet omnis Ecclesia. Et nomina eorum. &c
R. II. Pretiosa in cōspectu Domini. * Mors Sanctorum eius. **v.** Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteneretur. Mors:

R. III. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientiū mori. * Illi autem sunt in pace. **v.** Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Illi autem. &c.

R. IV. Tanquam aurum in fornae probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. * Quoniam donum & pax est electis Dei. **v.** Qui confidunt in illum intelligent veritatem & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam.

In II. nocturno.

Sermo S. Ioannis Chrysostomi.

L E C T I O V.

Sanctorum non modo corpora, sed ipsi loculi, & monumēta spirituali gratiā cōferta sunt. Nam si in Eliseo id cōtigit, ut defunct⁹ sepulchrum eius attin-

M

gens,

gens, mortis vincula dissoluerit,
& ad vitā rursum redierit, multo
magis id sit hoc tempore,
quō gratia fluit vberior, quō
spiritus maiorem vis, ut si cum
fide aliquis arcum attingat, ma-
gnam inde virtutem hauriat. Et
eam ob causam, Reliquias San-
ctorum nobis concessit D̄vs, vt
nos ad se eorum imitatione per-
ducat; & sint nobis velut por-
tus quidam, & idoneum solatiū
eorum malorū, quæ assidue nos
afflidunt. ¶ Sancti mei qui in
carne positi certamen habuistis.
* Mercedem laboris ego reddā
vobis. ¶ Venite Benedicti Pa-
tris mei percipite regnum. Mer-
cedem. L E C T I O VI.

¶ Vamobrē vos omnes cohor-
tor fratres, si quis vestrum
ægritudine, vel corporis morbo
vel quāuis aliā calamitate premi-
tur, vt cum fide accedat, &
ab illis omnibus liberatus, ma-
gna cum lætitia reuertetur, &
aspectu solo conscientiam leui-
orem & tranquilliores reporta-
bit, Quin etiam expedit, ut non
solum iij, qui ærumnis & molestijs
affetti sunt, huc sese conferant,
sed illi etiā qui & animi quiete,
& gloriā, & potentia, & magna
apud Deum fiduciā perfruuntur.
¶ Absterget Deus om̄ē lacry-
mam ab oculis sanctorum, & iā
non erit amplius, neq; luctus,
neq; clamor, sed nec ullus do-

lor. * Quoniā priora transierū-
t. Non esurient, neq; sitiēt am-
plius, neq; caderet super illos sol-
neq; ullus restus. Quoniam,

L E C T I O VII.

H Vc enim accedentes, bona
hæc efficient firmiora & sta-
biliora: & memoria virtutū &
recte factorum hōrūce Sanctorū
Yirorum animos suos reddent
moderatores, nec conscientias
suas bonis operibus efferrī atq;
intumescentē patientur. Non au-
tem patui momenti est; eos, qui
bus prosperæ, atq; secundæ res
fluunt, eas ferre moderatè, & su-
perbiæ tumore non extollī. ¶
Justi germinabunt sicut lily.

* Et florebunt in æternū ante
Dominum. ¶ Plantati in domo
Domini: In atrijs Dom' Dei no-
stri. Et florebunt.

L E C T I O VIII.

V Titis igitur cunctis hic thesau-
rus est, & refugium salutare,
tam illis qui reb⁹ doris atq; aspe-
ris, & peccatis conficiantur, ut
ab illis liberētur: quam illis qui
prosperè ac felicitē degunt, vt
diu fruantur bonis, illis qui
morbis laborat; vt bonam vale-
tudinem consequantur; illis qui
commodā gaudent valerudine,
ne in morbū aliquem incurvant
Quæ quidem omnia cōsideran-
tes, cum omni gaudio atq; laeti-
tia, sacrum hunc locum frequē-
temus, vt contubernij mensaq;
cœles sus

B E N E D I C T I N V M.

91

cœlestis participes, cum sanctis
heri valeamus, precibus ipsorum
Sæctorum & gratiâ, ac benigni-
tate Domini Nostri Iesu Christi,
cum quo Patri gloria sanctoq;
Spiritui, nunc, & semper, &c in
secula sæculorum, Amen,
& Lætabitur iustus in Domino,
& sperabit in eo: & laudabun-
tur. * Omnes recti corde.
¶. Lætamini in Dño, & exulta-
te Iusti, & gloriamini. Omnes.
Gloria Patri. Omnes.

In III. Noct: ad Cant.

Antiph. Fulgebunt Iusti, & tan-
quam scintillæ in arundineto di-
louent: iudicabunt nationes,
victor populis, & re-

tas. ¶. Floribus ejus nec rosæ,
nec lilia desunt. Quam.

¶. XI. Lux perpetua lucebit
sanctis tuis Domine. * Et æter-
nitas temporum. ¶. Lætitia semi-
piterna erit super capita eorum,
gaudium & exultationem obti-
nebunt. Et æternitas.

Lection XII. Ex Dominica cur-
renti cum Ps. Ad Laudes & per
Horas Aña. Corpora sanctorum
in pace sepulta sunt: & viuent
nomina eorum in æternū. Psal.
Dominus regnauit. Aña. Fulge-
bunt Iusti sicut sol in regno Pa-
tris eorum, dicie Domin⁹. Psal.
Iubilate Aña. Sanctorum velut
aquilæ inueni⁹ renouabitur, flo-
rebunt sicut lily in Civitate
Domini. Psal. Deus. Aña. Spi-
ritus & animæ Iustorum hymnū
dicite Deo nostro, alleluia. Psal.
Benedicite. Aña. Absterget De⁹
omnem lacrymam ab oculis Sâ-
ctorum; & iam non erit ampli-
us neq; luctus, neq; clamor; sed
nec ullus dolor, quoniā priora
transierunt. Psal. Laudate Dñum.

Cap: Iustorum animæ ut supra.
¶. br. Lætamini in Dño * Et ex-
ultate Iusti. Lætamini. ¶. Et
gloriamini omnes recti corde.
Et exultate. Gloria Patri. Læta-
mini in Domino. Hymnus.

R Ex gloriose Cœlitum
Corona Confidentium
Qui respuentes terrea
Perducis ad Cœlestia.

Aurem

Aurem benignam protinus
Appone nostris vōcibus
Trophæa Sacra pangimus
Ignosce quod deliquimus.
Tu vincis in Martyribus
Parcendo Confessoribus
Tu vince nostra crima
Donando indulgentiam.
Deo Patri sit gloria:
Eiusq; soli Filio
Cum Spiritu Paraclito
Et nunc & in perpetuū. Am
¶. Exultabunt sancti in gloria.
¶. Lætabuntur in cubilib⁹ suis.
Ad Benedictus Aña. Vestri capili
li capitis omnes numerati sunt:
nolite timere: multis passeribus
meliores estis vos. *Fit Comm:*
Domin: currentis.

Ad Tertiam Aña. Fulgebunt iu
sti. *Cap:* Iustorū animæ. ¶. La
etamini in Domino & exultate
iusti. ¶. Et gloriamini omnes
recti corde.

Ad Sextam Aña. Sæctorū velut.
Capit: Reddidit Deus mercedē
laborum sanctorum suorum, &
deduxit illos in via mirabili: &
fuit illis in velamento diei, & in
luce stellarum nocte. ¶. Exul
tent iusti in cōspectu Dei. ¶. Et
delectentur in lætitia.

Ad Nonā Aña Absterget Deus.
Capit: Fulgebunt iusti, & tan
quam scintillæ in arundineto di
scurrēt, iudicabunt nationes, &
dominabūtur populis. & regna
bit Domin⁹ illorum in perpetu
um, ¶. Iusti autem in perpetuū

vivent. ¶. Et apud Dominum
est merces eorum.

In II. Vesperis Aña. Corpora
Sæctorum, cum reliqui de Laud:
Psal. Dixit Domin⁹. Beatus vir.
Laudate pueri. Credidi. Capit.
¶. br. & Hym. ut supra in I. vesp.
¶. Exultabunt sancti in gloria.
¶. Lætabuntur in cubilib⁹ suis.
Ad Mag: Aña. O quam glorio
sum est Regnū, in quo cum Chri
sto gaudē omnes sancti, amicti
stolis albis, seq̄untur agnum
quocunq; ierit. *Com: Domin:*

Die X. Octobris:

Gratiarum Actio pro victoria ex
Turcis obtenta 1621. Duplex.

Ad Vesp. Aña. C

cum

Quo fulgurante desuper,
Gentes feroces expuenter.
Hostes tremunt; mali fremunt.
Bonī triumphant gaudiō.
Tu barbaros Osmanicos
Apros, fugas ē vinea!
Poloniæ Regnum tuæ,
A clade dira vindicans.
Ergo tuo celsissimo
Sit nōmīni laus gloria,
Qui trinus ac vñus Deus
Per sēcula vivis omnia, Am.
¶ Sancti per fidem fortes facti
sunt in bello. ¶ Castra verte-
runt exterorum.

Ad Mag: Aña. Benedictus Do-
min' De' noster, qui docet man'
meas ad p̄c̄liū, & digitos meos
ad bellum. *Oratio.*

DEVS qui in summis Regni no-
stri periculis; antiqua brachij
tui miracula renouasti; suscipe
gratiarū actiones exultantiū po-
pulorū, & quib' tanti gaudij cau-
lam pr̄stisisti; perpetuæ fructū
cōcede lætitia. Per Dominum.

Ad Mat: Inuiti

Regem qui redimit de interitu
vitam * Venite adoremus. *Psal.*
Venite exultemus. *Hymnus.* Su-
preme regum ut supra. *Aña.* For-
titudō mea, & laus mea Domi-
nus, & factus est mihi in salutē.
Psal. Domine Dominus noster.
Aña. Dignus es Domine accipe
re gloriam, honorem, & virtu-
tem. *Psal.* Cœli enarrant glori-
am Dei. *Aña.* Tua est Domine,
magnificentia, & potentia, &

gloria atq; victoria. *Psal.* Domi-
ni est terra. *Aña.* Dominus vir-
tutem populo suo dabit, Domi-
nus benedicet populo suo in pa-
ce. *Psal.* Aserte Domino. *Aña.*
Ecce oculi Domini, super timē-
tes eum, & in eis qui sperant su-
per misericordia ei'. *Psal.* Exul-
tate iusti. *Aña.* Domin' virtutū
nobiscū, susceptor noster Deus
Iacob. *Psal.* Deus noster refugium
& virtus. ¶ Benedic anima
mea Dño. ¶ Et omnia que in-
tra me sunt nōmīni sancto eius.
De libro secundo Machabæorū.

L E C T I O I .

ET Nicanor quidem cum sum-
ma supēbia erectus, cogita-
uerat cōmune trophyum statu-
ere de Iuda. Machabæus autem
semper confidebat omni spe au-
xilium sibi à Deo affuturum: &
hortabatur suos ne formidarent
ad aduentum nationum, sed in
mente haberent adiutoria sibi fa-
cta de cœlo, & nunc speraret ab
omnipotente sibi affuturam vi-
ctoriam. Et allocutus eos de le-
ge, & Prophetis, admonens eti-
am certanīna, qua fecerant pri-
us, promptiores constitut eos:
& ita animis eorum erectis, si-
mul ostendebat Gentium fallati-
am & iuramentoū p̄varicatione-
rem. Singulos autem illorum
armavit, non clypei, & hastæ
munitione, sed sermonib' optimis,
& exhortationib'. Exhor-
tata

tati itaq; Iude sermonibus bo-
nis valde, de quibus extollit pos-
set impetus, & animi iuuenū cō-
fortari, statuerunt dimicare, &
configere fortitē ut virtus de
negotijs iudicaret. ¶ Facile est
cōcludi multos in manu pauco-
rum, & non est differētia in cō-
spectu Dei cœli. * Liberare in
multis & in paucis. ¶ Non in
multitudine exercitus victoria
belli, sed de cœlo fortitudo est.
Liberare.

LECTIO III.

Nicanor autem, & qui cum
ipso erant cum tubis & can-
ticis admouebant. Iudas vero,
& qui cum eo erant, inuocatō
Deo per orationē congressi sunt:
manu quidem pugnātes, sed Do-
minum cordibus orantes, pro-
strauerunt non minus triginta
quinque millia, præsentia Dei
magnifice delectati. ¶ Proci-
debant viginti quatuor seniores
ante sedētem in throno, & ado-
rabāt viuentem in sœcula sœcu-
lorum. * Et mittebant coronas
suis ante Thronum. ¶ Dignus
es Domine Deus noster accipe-
re gloriam, honorem & virtutē.
Et mittebant.

LECTIO IV.

Et cum iam omnes sperarent
iudicium futurum, hostesque
adessent, atq; exercitus esset or-
dinatus, bestiæ, equitesq; opor-
tuno in loco cōpositi; confide-
rans Machabæus aduertum mul-
titudinis, & apparatum varium
armorum, & ferocitatem bestia-
rum, extendens manus in cœlū,
prodigia facientem Dominum
inuocauit, qui non secundum ar-
morum potentia, sed prout ipsi
placet, dat dignis victoriā. Di-
xit autem inuocans hoc modo.
Tu Domine, qui misisti Angelū
tuum sub Ezechia Rege Iuda, &
interfecisti de castris Sennache-
rib centum octuaginta quinque
millia: & nunc dominator cœ-
lorum, mitte Angelum tuum bo-
num ante nos in timore, & tre-
more magnitudinis brachij tui,
ut metuant qui cum blasphemia
veniunt aduersus sanctum po-
pulum tuum. ¶ Quis similis

CVmq; cessassent, & cum gau-
dio redirent, cognoverūt Ni-
canorem ruisse cum armis suis.
Factō autem clamore & pertur-
batione excitata, patria voce o-
mnipotentem Dominum bene-
dicebant. Itaq; omnes commu-
ni consilio decreuerunt, nullō
modō diem istum absq; celebri-
tate præterire. ¶ Gloria Patri
gentæq; Proli & tibi cōpar vtr
usq; semper Spiritus alme De-

BENEDICTINUM.

vñus. * Omni tempore seculi.
¶ Da gaudiorum premia; da
gratiarum munera, dissolute li-
tis vincula astringe pacis foedera
Omni tempore. Gloria. Omni.

In II. Noct: Aña. Adonai Do-
mine, magnus es tu, & præclarus
in uirtute tua, & quem superare
nemo potest. Psal. Omnes gen-
tes. Aña. Non in multitudine
exercitus victoria belli, sed de
cœlo fortitudo est. Psal. Magnus
Dominus. Aña. Vir obediens lo-
quetur victoriæ, vir impius pro-
caciter obfirmat vultum suum.

Psal. Deus iudicium. Aña. Edi-
ficauit Moyses altare & vocauit
nōmen eius Dominus exaltatio
mea. Psal. Cantate Aña. Domi-
nus conteret bella, Dominus nō
men est illi. Psal. Dominus re-
gnauit exultet. Aña. Dominum
formidabunt aduersarij eius & su-
per ipsos in cœlis tonabit. Psal.
Cantate Domino. ¶ Iste Deus
meus & glorificabo eum. ¶ De
Patris mei & exaltabo eum.

LECTIO V.

Sigismundus Tertio Rege, Osma-
nus Turcarum tyrannus, im-
mensis, ex Europa, Asia, Africa,
cōtractis copijs, Tartarorum eti-
am Principe, qui longè maiorem
iusti ducebat exercitum, in bel-
lis societatem accito, Republica
Christianæ vastatem atq; exci-
diuum minans, in Poloniā mo-
vit. Tanci aduentatis hostis fa-

ma minimè cōsternat. Sigismundus, cūm sciret non in multitu-
dine exercitus victoriam, sed de
cœlo esse fortitudinem, ope Di-
uinā suppliciter implorata, Dei
genitricē, Regniq; Patronis cō-
ciliatis foriter constanterq; bel-
lum suscepit. ¶ Tu vénis ad me
cum gladio & hasta & clypeo
*. Ego autem venio ad te in no-
mine Domini exercitū. ¶ Da-
bit te Dominus in manu mea, &
percutiam te & auferam caput
tuum. Ego autem.

LECTIO VI.

PRæmissus ad fratres Poloniæ nō
maximo numero exercitus,
qui hostem sustineret, dum Sigis-
mundus omnēm Regini nobilita-
tem trahens adueniret. Castra
in hostili ditione ad Chocimū
posita, ut bellum potius inferre,
quam illatum repellere Poloni
videretur. ¶ Perlequebatur v-
nus mille, * Et duo fugabant
edcē millia. ¶ Nōne ideo quia
Deus suus vēdedit eos, & Domi-
nus conclusit illos. Et duo.

LECTIO VII.

Ecies, & quidē comite sem-
p̄r victoria, acie pugnatum:
toties à castorum oppugnatio-
ne, ingenti cūm clade reiecius
hostis, toties evpere nostri felici-
citer. Turcarum stationes pro-
spēcē toties incurvatae: ut Do-
minum exercitū à nobis stare
apertissimē pateret. ¶ Duxera

tua D.

tua Domine magnificata est in fortitudine. * Dextera tua Domine percussit inimicum. ¶ In multitudine gloria tua deposui nisi aduersarios tuos. Dextera.

L E C T I O VIII.

Facta tandem, tot cladib⁹ infelix, Osmiani cōtumaria cūm se frustra aduersus Deū pugnare intellectuisset, ad ipsos Poloniæ fines eodem in loco mensem integrū, eoq; amplius h̄essisset inglorius, sexaginta militū millia caſa desideraret, maiorem longē numerum belli incōmoda ab lumpis sent, stratos suorum cadaveribus vndiq; cāpos cerneret, ipse iam Sigismundus, cum Poloniæ flore maioribus copijs immineret qui bellum intulerat, pacem expetie; accepitq; conditionibus Sextō Idus Octobris: Prior caſtra mouit, ex appetita armis Polonia nihil omnino præter ignoriam, & dedecus reportatur. Is dies in tanti beneficij memoriam ut Deo sacer, festisq; Poloniæ, ac solemnis perpetuò foret in posterum, Sigismundus ipse Rex, Regniq; Antistites à Gregorio Quintodecimo impetravere; mox Vladislao, qui Parenti succederat, & in castris tēpore belli fuerat, vt proprio ac peculiari officio, ad gratias agendās accōmodaro, horas Canonicas eodē die Polonia persolueret, Urban⁹ Octauus indulſic. ¶ Honor Vir-

cus, & potestas & imperium sit Trinitati in vnitate, vnitati in Trinitate. * In perenni sēculo rum tempore. ¶ Benedicat nos Deus Deus noster. In perenni Gloria. In perenni.

In III. Noct: Antiph: Dominus quasi Vir pugnator, omnipotens nomen eius. Canonum. Cantamus Domino. Ex feria V. quo diuidatur in tres Glorias. ¶ Benedic anima mea Domino. ¶ Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Homilia S. Gregorij Pape in Euang: Cum audieritis prælia, ut in Comm: plur: Mars.

R. *IX* Reddidit Dominus iustis mercedē laborum suorū, & deduxit eos in via mirabili. * Et fuit illis in velamento diei & in luce stellarū per noctē. ¶ Trāstulit illos per mare rubrum, & transvexit eos per aquam nimiam. Et fuit.

R. *X*. Iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt, Domine nomen sanctū tuum. * Et victricem manum tuam laudauerunt pariter. ¶ Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantū fecit disertas. Et victricē.

R. *XI*. Benedicā Patrem & Filium cum Sancto Spiritu. * Laudemus & superexaltemus eum in sēcula. ¶ Benedictus es Domine in firmamēto cœli, & laudabilis & gloriolus in sēcula. Laudemus.

B E N E D I C T I N U M.

97

Laudemus. R. XII. Te Deum
Patrē ingenitū, te Filiū vnigeni-
tū, te Spiritū Sanctū paracletū,
Sanctam & indiuiduam Trinitā-
tem toto corde & ore cōfitemur
laudam⁹ atq; benedicim⁹. * Ti-
bi gloria in sācula. ¶ Quoniam
magnus es tu & faciens mirabi-
lia, tu es Deus solus. Tibi gloria.
Gloria Patri. Tibi gloria.

Evangeliū. Cum audieritis.
Oratio ut supra.

Ad Laudes & per Horas Aña.
Cantemus Domino, gloriōsē e-
nī magnificatus est, equum &
ascensorē deiecit in mare. *Psal.*
Domin⁹. *Aña.* Dextera tua Do-
mine magnificata est in fortitu-
dine dextera tua percussit inimi-
cū. *Psal.* Iubilate. *Aña.* Arc⁹ for-
tiū superat⁹ est, & infirmi accin-
cti sunt robore. *Psal.* Deus Deus
meus. *Aña.* Iusti decantauerunt
Domine nomen sanctū tuūm,
& victriçem manū tuā lau-
dauerunt pariter. *Psal.* Benedi-
cite. *Aña.* Ego autem in Domi-
no gaudebo, & exultabo in Deo
Iesu meo. *Psal.* Laudate Dñum.

Capitulum.

Benedict⁹ Deus & Pater Domi-
ni nostri I s s v Christi Pater mi-
sericordiarū & Deus totius con-
solationis: qui consolatur nos in
omni tribulatione nostra.

R. br: Iusti decantauerunt Do-
mine, Nomen Sanctū tuūm. Iu-
sti. ¶ Et vietricem manū tua

laudauerunt pariter. Nomen.
Gloria Patri. Iusti decant.

Hymnus.

R Ex magne, Rex altissime
Virtutis ē Throno tuæ
Æternitatem partiens,
Et Regna mundi trāsterens.
Quam sunt inaccessæ tui.
Profunditates concilij,
Ut est procul cœlum solo,
Arcana sic procul tua.
Thrax en, furoris ferrea
Qui virga Diuini fuit
Nunc ipse pœnas acriter
Iussu tuo, demens, luit.
Sic corda, quando cæteris
Cædem superbè detonant
Cæduntur, & casu suo
Dei timorem prædicant.
Patri Deo sic gloria
Eiusq; soli Filio
Cum spiritu, qui perpeti
Mundū, regit custodia. Am.
¶ Non est similis tui in dijs Do-
mine. ¶ Et non est secundum
opera tua.

Ad Benedict⁹: Aña. Benedicimus
Deum cœli, & coram omnibus
viuentibus confitebimus ei, quia
fecit nobiscum misericordiam
suam. *Oratio ut supra in V. sp.*

Ad Tertiam Capitulum.

Benedictus Deus & Pater Do-
mini nostri I s s v Christi, Pa-
ter misericordiarum & Deus to-
tius consolationis, qui consola-
tur nos in omni tribulatione no-
stra. ¶ Iusti decantauerunt Do-
mine,

N

wine,

mine, nomen sanctum tuum.

R. Et victricem manum tuam,
laudauerunt pariter.

Ad Sextam Capitulum.

Q. Quam bon^o & suavis est, Do-
mine, Spiritus tuus in omni-
bus: ideoq; eos qui exerrat par-
tibus corripis; & de quibus pec-
cant admones, & alloqueris ut
reliqua malitia credant in te Do-
mine. **V.** Adorabant sancti, vi-
uentem in saecula. **R.** Et emittebat
coronas suas ante Thronum Dei.

Ad Nonam Capitulum.

TV autem dominator virtutis,
cum tranquillitate iudicas, &
cum magna reverentia disponis
nos: subest enim tibi, cum volu-
eris posse. **V.** Dignus es Domi-
ne Deus noster. **R.** Accipere glo-
riam, honorem & virtutem.

*In II Vesp: omnia ut in primis
excepta. Aha. ad Mag: Domine
Rex omnipotens, in dilectione tua
cuncta sunt posita, & non est qui
possit resistere voluntati tua, si
decreveris saluare Israel.*

*Missa Votiva de SS. Trinitate,
cum secunda Oratione pro Gratia-
tū Actione, sub uno. Per Dñum.*

Die XV. Octobris.

S. Hedwigis Viduæ R.P.P. Dupl.

*Ad Vesp. Aha. Dum esset Rex
cum reliquis de Comm: nec Virg:
nec Mart: Oratio.*

DEVS gratiæ dator & gloriæ,
tuæ nobis propiti^o sanguini pietæ-

tis aperi, & praesta: ut qui ma-
nentem civitatē hic non habem^o,
ad futurā, quam quærim^o, beatæ
Hedwigis interueniente suffragiō
perducamur. Per Dominum.

*In I Noct: Lect. Mulierē for-
tem. de Com: nec Virg: nec Mart:*

In II Noct: LECTIO V.

Hedwigis Bertholdi Marchio-
nis Morauiae Comitis Tyro-
lensis & Agnetis filia, Sancta Eli-
sabethæ Mater tera, duodecimo
anno Henrico Lögobardo Prin-
cipi Poloniæ & Boemiarum in ma-
trimonium data: illud semper
honorabile & immaculatum eu-
studiuit, nullum' ieunium aut
diem festum iudicans, quem ca-
ritatis merito non condivisit.
Nihilominus in summa castita-
te & continentia, facta est sicut
vitis abundans in lateribus dom^o
sua, & filij eius sicut nouellæ in
circitu mēs. Filios enim tres,
totidemq; filias viro suo protu-
lit. Ex quibus Henricus fortia-
pro Religione Christiana aggres-
sus, & tanquam alter Iudas Ma-
chabeus, castra Dei contra Tar-
taros protegens, Martyrij palmā
promieruit. Filia Gertrudis vir-
go perpetua permansit. Fructu
Matrimonij Hedwigis quæsito
redditisq; noualiu fructibus, fe-
riari ab opere cōubiali incepit:
eadē marito persuaderet. Fit spi-
ritualis despōsatio in manu Pon-
tificis, viuitur inter sponsos An-
gelica

gelica vita per annos viginti octo, non coram hominibus tantum, sed etiam coram Deo.

LECTIO VI.

Parat deinde Hedwigis sedem futuræ castitati, amplissimum Trebnicēse monasterium extruit; filiam Gertrudem prius illuc præmittit; magnos greges Virginum sanctorum collegit ipsa demum cōsequitur. In oratione diurna atq; nocturna, nudis etiā media hyeme, pedibus assidua; in ieiunij multis per totos quadraginta annos perseverauit; ita ut die Dominicō, tertjā & quintā feriā piscibus & lactarijs tantum Sabbathio & feriā secunda aridis leguminib⁹, quartō & sextō die aquā & pane solō duntaxat vesceretur. Pedes pauperum, quos tredecim semper ybiq; secum circūduxit, lauit; vlebra eorū ligavit; captiuos redemit, subditos oppreslos tutata est. Irata à nemine vñquam visa est, contenta ea obiurgatione, Deus tibi parcat.

LECTIO VII.

Non caruit Diuā Hedwigis miraculorum ac Prophetiae spiritu & gratia: nam & duabus sanctimonialibus visum restituit: & duos recentē suspensos, magna omnium admiratione, ad vitam reuocauit. Mortis item mariti sui tempus & rationē longè ante prædixit; & filij eōdem modō: cuius cædem cōapsō quo

cæs⁹ est die in remotissimis partibus cognovit; & ipsa diem sui obitūs multò prius præsensit & prædixit. Itaq; priusquam mōbō graui correpta fuisset, sacram Vnctionem accepit.

LECTIO VIII.

Sanctimoniales se. æ grām sine permissione superiorum iniungentes p̄pulit: nihil sanctum esse docens, quod cum obedientia maiorum suscepimus non esset. Priusquam moreretur, magna hilaritate sanctos, cum splendida luce, ad se venientes salutauit. Mōrta est die Sancti Matthæi, hora vespertina, quā ieiunia sua pane solō reficerē solebat; anno salutis humanæ, millesimō dycentesimō quadragesimō tertio. Ac post multis editis miraculis, in numerum sanctorum à Clemente Quarto relata est. In cuius canonizatione mulier cæca visui restituta est.

In III. Noft. Homil. in Ehang. Simile est regnum cœlorum thesauro: de cōm: nec Virg: nec Mart.

In II. Vesp. Cōm: sequentia.

Die XVI. Octobris.
Sancti Galli Abbatis. Duplex.
Omnia aut in Breuiaria.

Die XX. Octobris.
S. Adalberti Episc: & Mart: R.
P.P. Translatio. Duplex.
Omnia de cōm: unius Marti præter bac que sequuntur.

Oratio

Oratio.

TVam nobis indulgentiā, quæsumus Domine. Beatus Adalbertus Episcopus & Martyr implore; vt &c delicta nobis clementē ignoscas, & beneficia desiderata cōcedas. Per Dominū.

In I. Noct. Lect: A Mileto ut in com: unius Mart.

Jn II. Noct: LECTIO. V.

Adalbertus Episcopus Pragensis, in Boëmia nobilissimis Parentibus Slaunico Libicensi Comite ac Strezyllaua natus; Voitechus anteā patrio sermone dictus fuit: ab Episcopo autem Magdeburgensi Adalberto, apud quem piè ac honestissime educatus est, alterum nomen accepit. Postquam Ditmaro in Episcopatu Pragensi successit, eū sanctissimè in magna virtute continentia, pietate, pauperumque cura gessit. Propter contumaciam populi gravia peccata deserere illum coactus, sedem Apostolicam hac de re cōsultur, in Italiam se contulit.

LECTIO VI.

PErregiratione Ierosolymitana quā instituerat intermissa, Romæ Leonī Benedictino Abbatii Sancti Bonifacij commendatur. Ibi cum in religiosa vita quinquennium exegisset, à Pragensibus pertensis orbitatis denud reuocatur. Principis ipsius & Archiepiscopi Moguntini nutujs,

precibusq; exoratus Pōtifex, redire Adalbertum ad suos iubet. Recipiunt lāti reducem: nō diutamen illi obtemperant: sacras enim ædes invadunt, fontesque qui ad illas cōfugerant, per vim creptos interficiunt. Iterum illos deserit Adalbertus, animoq; ad conuertendas gentes alias, & ad Martyrium destinato, vt benedictionem tamen sedis Apostolicæ obtineat, Romam reuertitur.

LECTIO VII.

Denuò Pragenses, & Moguntinus Adalbertum repetunt. Cumq; iussu Pōtificis iterum ad illos rediret, tres fratres suos ab eis cæsos esse cognoscit. Pragensem ergo viam præclusam sibi, menteq; illorum à se alienatas esse videns, Deo gratijs actis, convertendi gentes, quod Romanus Pontifex probauerat, institutum suum prosequitur. Hungariam cum Rege Geisa, eiusque filio S. Stephano, in fidē Christi confirmat Poloniā vicinam, cognatāq; Boëmis suis gentem, salutaribus præceptis copiosius instruit.

LECTIO VIII.

Post triennium autem Radzino fratre, in Archiepiscopatum Gneznensem suffecto, ipse in Prussiam, idolis adhuc & dæmonibus servientem proficisciatur. Ibi dum religionem Christianā disseminaret, apud Fishausum, sive Venedici Oppidū, interscri-

fecan-

B E N E D I C T I N U M.

101

fi candum confessus, & in partes
dissectus est. Corpus eius, à Bo-
lesto Chabro Principe Poloniæ
postea redemptum, & in Tre-
mesnense Monasterium prius,
deinde Gnezanam Metropolim
honorifice translatum est.

*In III Noct: Homil: in Euang.
Si quis venit ad me & non odit
Parrem suum, &c. ut in compo-
nitus Martyris.*

Die VI. Nouembris.

S. Leonardi Abbatis. Duplex.
*Omnia de Com: Conf: non Pont:
Oratio Intercessio. In utrisque
vess. & Laud. Com: Octauæ Om-
nium Sætorū. In I. Noct: Lect: de
Scriptura occurrente.*

In II. Noct. LECTIO V.

I. Leonardus in Aquitania Nobili
genere ortus, Clodouæ Rege
Galliarum e baptismo suscep-
tus, apud quem Parentes pue-
ri, dignitate & auctoritate plu-
rimum valueré. Educatus a San-
cto Remigio, operib: miser cor-
dæ mirè delectatus, illud à Re-
ge obtinuit, ut quotiescunq; in
vincula coniectos inviseret, eos
liberrate donare posset. Inuisit
proinde carceres quotidie & in-
numerous penè in libertatē asse-
ruit.

LECTIO VI.

E vnum Rex Pontificali Ca-
thedra sublimare vellet, Aure-
lia m secessit, & apud Sanctū Ma-
ximum Monachum delituit.

LECTIO VII.

A vrelia in Aquitaniâ profecta,
Reginam partus dolorib: la-
borantem, prostrato ad eius pe-
des ipso Rege & opem implorâ-
te, prodigose curavit: iuvante
deinde Rege nobilissimum illud
Cœnobium Nobiliacense cōdi-
dit, in eoq; Abbas effectus, plus
rimos illustrium maxime viro-
rum, & in Regno spectatissimo-
rum Christi seruitio aggregauit.

LECTIO VIII.

T Anæ fuit de eo sanctitatis fa-
ma, vt plurimi è longinquis
etiam Regionibus ad ipsum con-
currenter, qui solo Leonardi
nomine inuocatò, tam procul
positi, tam arctè clausi, è vincu-
lis & carceribus liberi euasissér.
Claruit & alijs miraculis penè
innutneris, migrauitq; è saculo
anno sexcentesimô. In vita, &
post mortem ad hæc usque no-
stra tempora, quotidiana mira-
culorum gloriâ longè illustris-
simus.

*In III. Noct: Homil: in Euang:
Ecce nos relinquimus omnia ut
in Com: Abbatum.*

Die XII. Nouembris.

SS. Benedicti, oannis, Matihæi
Isaaci, atq; Christini; quinq; tra-
ctrum Martyrum R P P Duplex.
*Ad Vesp. & alias horas omnia de
Com: pluri: Mart: præter Orati-
onem & Lect: Nocturnorum.*

Oratio,

Oratio.

Sanctorum nos, quæsum⁹ Domine, Martyrum tuorum Benedicti, Ioannis, Mathei, Isaaci, acq; Christini gloriōsa hodierna die trôphæa lœtificet; quatenus eorum interuentione ad illam perueniam⁹ hereditatem, in qua iisdem felices Angelorum cœribus aggregati, tuz semper Maiestatis perfruuntur ineffabili claritate. Per Dominum.

In I. Noct: LECTIO de scriptura occurrente.

In II. Noct: LECTIO V.

Benedictus, Ioannes, Mattheus, Isaac & Christinus fratres Erémici Poloni; post Episcopi Adalberti, cuius erant peregrinationis comites, necem; à Prussis multis contumelijs diuexati, & Prussicæ finibus electi, in maiorem Poloniā redierunt. Et quo expeditius humana cōtemnerent, & cœlestia spectarent; in vastâ solitudinem apud Kazimiriam se reepperunt; ibique casis, quæ singulos caperent, stramēto ædificatis, non extraneorum rātūm, sed mutuam etiam cōversationē fugiebant. Mirum Dei Viris intereat abstinentia studiū, cum aliqui eorum semel duntaxat, alij qui paulo tenuioris erant valitudinis, bis in hebdomadæ oleribus & aqua, pane nonnunquam adhibito, se reficerent. De qua austeriorate vixit, totō vitæ suæ

tempore, præterquam die sacra tissimo Pachæ, quoad vixerat, nihil remittebat; vestibus, quas è letis equorum sibi confecerant contenti. Quies non strat⁹ mollioribus accersita, sed si quid dādum fuerat fessis corporib⁹, humili iacentes, lapidem capitibus subiiciebant.

LECTIO VI.

Tanta erat sanctitatis eorum fama, ut Boleslaus Chabri⁹ R⁹us & sanctus, isque primus Polonorum Rex, præsens eos accederet, eorum orationibus te & Regnum suum cōmandaret; grandiq; pecunia oblatæ, liberaliter & regiè sanctos donaret. Sed Beati Viri post aurum non abeuntes, nec villam in pecunia thesauris rapontes spem, vñ qui pro Christi nomine renunciassent omnibus vestigio argentum Regi vt referat Barnabas vñus ex socijs, constituunt.

LECTIO VII.

Qvod dum sit, ecce grassatores, qui cognouerant munificè à Rege donatos, prima noctis vigilia adsunt; sanctos fratres in Dei laudibus opprimunt; extra casas proterahunt; gladios intentant. Ferenda vobis, quamcunq; imposuerimus fortuna est, nisi quidquid vbiq; locorum argenti reconditum est, nostrū illico fuerit, mimitantur. Quare aut pecuniam vltro exponite, vel si

vel si mōramini vitam cum san-
guine profundite. Sancti mul-
tis oblationibus Regi esse re-
portata, cōfirmant; quin etiā
euguriōla, ut executiantur, pote-
statē dāt. Sæva auri cupiditas, v-
bi nihil minis extorquet, reliquū
spei tollendæ pecunia in verbe-
ribus, & suppliciis reponit. De-
ligantur fratres sancti ad palū,
ignib⁹ ad latera admotis exurū-
tur: deinde circa rotarum ver-
tiginem adstricti diutissimè ver-
berantur; tota nox in crudelis-
simā paupertatis sanctorum &
innocentiarū supplicia expenditur.
Denique cum omnes iam artes,
ponendi argenti tentare essent,
nec successisset, nequid in aulsū
de cōcepta crudelitate relinque-
etur, ab ijsdē castribus, anno
salutis humanæ millesimō quin-
to. Pridie Idus Nouembrii in Dei
laudibus constantissimè perma-
nentes trucidantur.

LECTIO VIII.

B Olelaus nécē sanctorum in-
nocenti cognitā eandem gra-
tiā, quam præbuerat viuis ser-
vauit & mortuis, qui Beatorum
fratrum corpora honorificentis.
simā sepultura Kazimiria in Ma-
iori Polonia condidit. Barnabas
superstes in eremum reuers⁹ vi-
ta fratum suorum & mulus, assi-
duis orationibus, vigilijs, ieuniis
isque addictus, paulo post san-
cto fine quievit: & ipse pī Re-

gis mandato ad fratres suos ap-
positus, vt quibus in cœlesti Pa-
tria esset cōiunctus, in terris eō-
dem tumulō cum eis conditus
quiesceret.

In III. Noct: Homil. in Euang.
Adtendite a fermento Pharisæ-
orum, ut in Breuiari: in festo Sæ-
ctorū Ioāni & Pauli XXVI. Jun.

Die XIII. Nouembrii.

OMNIVM SANCTORVM Sacri Or-
dinis Nostrī, Duplex.

Omnia ut in Breuiario. In Vespa-
cōm: seq: Post Vespa. Offic: Dēs: sub
ritu duplice. Omnia ut in die. Pri-
mā Nouembrii. prater Orationē.
Deus venia largitor, que unica
bie ponitur: post Vespa: Defunctorū
Processio pro Defunctis. Si contin-
gas hoc Officium Defunctorū trā-
ferris seruentur omnia ut notantur
primā Nouembrii.

Si concurrat festivitas Omnipiū
Sanctorū S. Ordinis nostri cum
festo Beati Stanislai Kostka fiat
Officium de omnibus Sæctis, &
in II. Vespa: à cap. sit Officium de
Beato Stanislao.

Post II. Vespa. B. Stanislai. Vespa.
cum processione Defunctorum, mo-
do superius dicto.

Die XIV. Nouembrii.

S. Emiliiani Abbatij. Duplex.

Omnia ut in Breuiario. Hodie
officium & processio solēns Defun-
ctorum

Etorum pro Fratrib^o, familiarib^o, atq^e benefactoribus Sacri Ordinis nostri frat. Oratio unica. Deus venit targitor. Videantur Rubri et secunde diei Nouembrib^s & serventur.

*Die XVII. Nouembrib^s.
S. Gertrudis Virginis & Abbatissæ.
Duplex.*

Ad Vesperas Antiphona.

IN corde Gertrudis inuenietis me dicit Dominus: complacuit sibi in illa anima mea. *Psalmus* Dixit Dominus. *Ave* Sanctissima Christi sponsa, dilecta suo iugiter adhærebat, & unus cum illo spiritus erat. *Psalmus* Laudate. *Ave* Quam pulchra es Gertrudis, & quam decora in delicijs: in qua iucundâ sibi Deus habitatione præparauit. *Psalmus* Lx. tatus. *Ave*. Viuo autem iam non ego. Viuit in me Christus: Ego enim stigmata Domine Iesu in corpore meo porto. *Psalmus*. Nisi Dominus. *Capitulum.*

Inueni quem diligit anima mea: tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum Matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. *Exaudi* Adiuuabit eam * Deus vultu suo. Adiuuabit. * Deus in medio eius non cōmouebitur. Deus. Gloria Patri. Adiuuabit. *Hymnus.*

Gertrudis Arca Numinis, Sponsaq; iuncta Virginum,

Da Nuptialis pangere,
Castos amore fœderis.
Quadrima, Christo nubilis,
In claustra promptè cōuolas,
Sprecoq; Nutricis sinu,
Sponsi requiris oscula,
Candens instar lili.

Odore mulces tydera,
Et Virginali, cœlitum
Regem, decore pertrahis.
Qui viuit in sinu Patris,

Cinctus perenni gloriâ.
Amanter, ut sponsus tua,
Recumbit inter vbera.

Amore Christum vulneras,
Hic te vicissim vulnerat;
Tuoq; cordi propria,
Inurit altè stigmata.

O singularis charitas,
Et mira commutatio!
Hic corde respirat tuo,
Tu viuis huius Spiritu.

Te sponse Iesu Virginum,
Beata laudent agmina,
Patri simul Paracilito,
Par sit per ævum gloria, Am.
Specie tua & pulchritudine
tuâ. *Exaudi* Intende prosperè procede, & regna.

Ad Magnificat Antiphona.
Egregimini & videte filia. Si on Gertrudem in diadema, quo coronauit illam Christus, in die despōsationis illius, & in die lætitiae cordis eius. *Oratio.*

De qui in purissimo corde Bea ta Gertrudis Virginis tuæ iunctam tibi habitationem præparasti

parasti: eius meritis, & interces-
sione, cordis nostri maculas cle-
mentē absterge, vt digna Diui-
na maiestatis tuæ habitatio effi-
ci mereatur. Qui viuis & regnas
cum Deo Patre in unitate Spir-
itus Sancti Deus, Per omnia sa-
cula sæculorum.

Ad Matutinum *Invitatorium*.
Regem virginum Dominū * Ve-
nite adorem⁹. *Psal.* Venite exul-
temus Domino.

Hymnus.

Mira nocturnis modulat̄e lin-
Gesta Gertrudis, celebremus
choris, (peregit,
Quæ sacrī instans precibus

Tempora noctis.

Illi⁹ votis Deus obsecundans.

Mox repentinās pluias pro-
fundit, (erget,
Moxq; suspensos, grauidi, co-

Nubibus imbræ.

Arua iam dudum glacie rigebat,
Corde cum mœsto miserans
colonus, (soluit,
Fervidis virgo lachrymis re-

Frigora brumæ.

Ne seges largō vitietur imbre,
Sedulis cœlū precib⁹ serenat,
Et graues læsi gemebuda pla-
cat,) Numinis iras.

Igneis mētes, penetrat sagittis,
Languidis confert animis me-
delam,

Atq; succedit scelerata castis
Pectora flammis.

Virginum sponsum, superumq;
Regem., O

Virginū sanctæ celebrent cho-
reæ, æuum,
Et sacram supplex, Triadē per
Orbis adoret. Am.

In I. Noct: Antiphona.

Gertrudis Virgo quinq;ennis,
in Sacra Religionis horto,
velut candens liliū plantata,
omnium virtutum splendore re-
fusl̄it. *Psal.* Domine Dominus
noster. *Aia.* Ad sacrū Beati Pa-
tris Benedicti ordinem Diuinic⁹
vocata est, vt quæ Spiritus San-
cti donis replenda erat, Patriar-
cham omnium iustorum Spiritu
plenum, sibi imitandum propon-
eret. *Psal.* Cœli enarrant. *Aia.*
Factum est cor eius tanquam ce-
ra igne mollita, cui Christus Di-
vinitatis suæ sigillum im pressit.
Psal. Domini est terra. *Aia.* Spi-
ritu intelligentiæ repleuit Ger-
trudem Dominus, dedit illi sci-
entiam Sanctorum, & posuit su-
per eam Spiritū suum. *Psal.* Er-
ravit. *Aia.* Ardētissimō anima-
rum zelō astuabat, & omnes in-
viscerib⁹ Iesu Christi cupiebat.
Psal. Deus noster refugium. *Aia.*
Ingruētem pluiam verbo con-
tinuit, obediēre Domino spōsæ
suæ precibus. *Psal.* Magnus Do-
min⁹. *Y.* Specie tuā & pulchri-
tudine tuā. *R.* Intende prosperè
procede & regna.

De Canticis Canticorum.

L E C T I O I . Cap. 2.
Ego flos campi & liliū cōual-
lium,

lum. Sicut liliū inter spinas,
sic amica mea inter filias. Sicut
malus inter ligna syluarum, sic
dilectus meus inter filios. Sub
vnubra illius quem desiderauerā
sedī; & fructus eius duleis gut-
turi meo. Introduxit me in cel-
lām vinariam, ordinavit in me
charitatem. Fulcite me flori-
bus, stipate me malis, quia amo-
re langueo. ¶ In charitate per-
petua dilexit Gertrudem Domini-
nus, idēo attraxit eam ab infan-
tia, & duxit in solitudinem * Et
locut⁹ est ad cor eius. ¶ Spōsa-
uit eam sibi in sempiternū in fi-
de, & in misericordia. Et locut⁹.

LECTIO II. cap. 8.

Quis mihi dēt te fratrē meū,
fugentem vbera Matris meæ,
vt inueniam te foris, & deoscul-
ler te, & iam me nemo despici-
at? Apprehendam te & ducā in
domum Matris meæ: ibi me do-
ceb̄is, & dabo tibi poculum ex
vino condito, & mustum malo-
rum granatorū meorum. ¶ Ger-
trudis conuersa ad sponsum suū
dicebat: * Mihi adhærere tibi
soli, dilecte mi, bonum est. ¶ Tunc
Dominus acclinatus circū-
plectebatur eam dicens: & mihi
adhærere tibi semper suave
est dilecta mea. Mihi adhærere.

LECTIO III.

Leua eius sub capite meo, &
dex̄ta illius ap̄plexabitur me.
Adiuro vos filiæ Ierusalē, ne su-

scitetis, neq; euigilare faciat̄is di-
lectam, donec ipsa velit. Quā
est ista quā ascendit de deserto
delicijs affluens, innixa super di-
lectum suum? ¶ Posuit in Ger-
trudē tabernaculum suum Altis-
simus; * Deus in medio eius no-
cōmouebitur. ¶ Aduerabit ei
Deus manē diluculo. Deus in.

LECTIO IV.

Pone me vt signaculum super
cor tuum, vt signaculum su-
per brachium tuum: quia fortis
est ve mors dilectio, dura sicut
infernus z̄mulatio: lāpades ei
lampades ignis atq; flamarum.
Aqua multæ non potuerunt ex-
tinguere charitatem, nec flumi-
na obruent eam: si dederit ho-
mo omnem substantiam domus
suz pro dilectione, quasi nihil
despiciet eam. ¶ Sapientiam
Dei loquebatur inter perfectas
Virgines à Christo Iesu edocita.
* Quem ab ipsa infanthia in spō-
sum elegit. ¶ Spiritum huius
mundi non accepit, sed Spiritum
qui ex Deo est. Quem. Gloria
Quem ab ipsa.

In II. Noct: Antiph:

Mundo & sibi mortua erat Ger-
trudis, & vita eius abscondita
cum Christo in Deo. Psal. Bene-
dixisti. Anna: Aneillæ suæ secret
Deus reuelauit, per Spiritum su-
um. Psal. Fundamenta. Antiph:
Multæ filiæ sub eius disciplina
cōgregauerunt diuitias: hæc sa-
per

BENEDICTINUM.

107

pergressa est vniuersas. *Psalmus. Canticum.* Ana. Labia Gertrudis custodiebant scientiam, & qui impressiona erant solarium requirebant ex ore eius. *Psalmus. Dominus regnauit.* Ana. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferebat, cuius stigmata impressa cordi suo portabat. *Psalmus. Cantate.* Ana. Gloria Virgo Gertrudis postquam magnauit ad sponsum, apparuit investitu deaurato circumdata valetate. *Psalmus. Dominus regnauit irascatur.* ¶ Adiuuabit eam Deus vultu suo. ¶ Deus in meo eius non commouebitur.

LECTIO V.

Gertrudis Virgo Islebij, in comitatu Mansfeldensi, nobilissimis Parentibus nata, quinque annis Christo cui iam nubilis erat & matura, in monasterio Urbis Rodardæ, Ordinis S. P. Benedicti, Virginitatem suam consecravit. Ab ipso in Religionem ingressu Angelicæ virtutis rationem inicit, & literis humanioribus ad divinis apprimè exculta: ad eam doctrinæ perfectionē peruenit, quam eruditissimi quicunque merito susciperent. Eximia fuit eius contemplatio, in qua multis reuelationibus, ac visis cœlestibꝫ a Deo illustrata, eodem inspirata libros Divinæ sapientiæ plenos conscripsit. ¶ Christo cōfixa sum Crucis. * Ego enim stigmata Domini

Iesu in corde meo porto. ¶ Vivere autem iam non ego, vivit verò in me Christus. Ego.

LECTIO VI.

Quamuis autem tantis naturæ & gratiæ dotibꝫ eniteret, divinis frueretur colloquijs, prophetiæ dono & plurimis esset insignita miraculis, adeo tamen sibi ipsa vilescebat, ut inter praecipua Divinæ virtutis miracula, hoc unū sigulare crederet, quod se indignissimā, ut dictabat, terra peccataricem sustineret. Dum annum ageret trigesimum, in Abbatiſtam eius primū Monasterij, in quo habitum receperat, deinde Elpediā, siue ut vocant Elphiani electa est, quo in munere per quadraginta annos, eā charitate, prudētiā & regularis disciplinæ integritate se gessit, ut Cœnobii domus Dei esse videretur, in qua corporati Angeli viueret, sub Gertrude Magistrâ; quæ quavis esset omnium Mater, tamen ministram omnium exhibebat.

¶ Cum asperimo gelu terra diu concreta non daret, germen suū, Beata Gertrudis tacta dolore cordis oravit ad sponsum. * Et statim solutā glacie secuta veris amoenitas. ¶ Emisit Dominus verbum suum & liquefecit eam, flauit Spiritus eius & fluxerunt aquæ. Et statim.

LECTIO VII.

Cœlestis sponsus in eius purissimo

simo corpore delicias suas collo-
cauit cui suorum etiam vulnerū
stigmata igneō amoris stylō Di-
vinus Cœlator inussit. Hinc illa
nihil, nisi Christum lóquebatur,
quem in corde gestabat, qui nul-
quam se cōuenientius, quām in
Sacramento altaris, ac deinde in
huius suæ dilectæ corde & ani-
mā inueniendum pronuntiavit.
Eiusdem charissimæ sponsæ san-
ctitatem, diuini sui oris confir-
mavit oraculō, contestatus est,
nullam tunc temporis animam
in terra viuere, quæ vt illi con-
iunctior, ita gratiior, esset & ac-
ceptior. ¶ Messis tempore cum
imbres assidui frugibus terræ no-
cerent, Gertrudis effudit sicut a
quam cor suum ante cōspectum
Dominī. * Et statim facta est se-
renitas magna. ¶ Clausæ sunt
catacta Cœli, & prohibitæ
sunt pluviæ de Cœlo. Et statim.

L E C T I O VIII.

Deiparans Virginem peculiari
beneficiō in Matrem & Pro-
curatricem sibi à Christo datam,
quam cum alijs Cœli ciuib' fre-
quenter habebat spectabilē, sin-
gulari pietate prosequebatur. Er-
ga Sanctissimum Eucharistia Sa-
cramentum, & Christi Passionē,
tanō amoris & gratitudinis sen-
su affiebatur, vt tota lachrymis
liqueficeret. Animas piaculari-
bus flammis addictas quotidiani-
s suffragijs, & assiduis precib'
subleuabat. Zelō diuini hono-

ris promouendi & procurādi sa-
lutis proximi iūgiter ardebat.
Cum igitur feruentissimō Dei a-
mōre potius, quām morbō lan-
gueret, huic Christus Sæctissimā
Matre, dilecto que discipulo, &
cädidissimo Virginum choro co-
mitatus adfuit, & eius animam
corporis solutam compagib' ac
mirabili corporis explicatione,
intra cordis sui penetralia rece-
ptam ad cœlestē thalamum tra-
duxit. ¶ Quæ per reuelationē
Iesu Christi didicit Gertrudis,
cōdē inspiratē cōscriptis. * Qui
abscondit hæc sapientibus & pru-
dentibus, & reuelat ea parvulis.
¶ Lingua eius calam' scriba ve-
lociter scribentis. Qui abscondit,
Gloria Patrī. Qui abscondit.

In III. Noct: Anno. ad Cantica.

Induit me Dominus vestimentō
salutis & indumentō lætitia cir-
cūdedit me, quasi sponsam orna-
tā monilib' suis. Can: Obaudit.
¶ Elegit eam Deus & præelegit
eam. ¶ In tabernaculo suo ha-
bitare facit eam.

Lectio Sancti Evangelij secundum
Matthæus. L E C T I O IX.

In illo tempore: Dixit Iesu
discipulis suis parabolam hanc:
simile erit Regnum Cœlorum de-
cem Virginibus; quæ accipiēti
lampades suas exierunt obuiam
sponse & sponsæ. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.
Serm: 23. de verbis Dñi. cap: 2:
Intell:

Intelligamus charissimi ad omnes nos, id est universam omnino Ecclesiam istam pertinere parabolam, non ad solos praepositos, nec ad solas plebes, sed prorsus ad omnes. Quinq; iste & quinq; virgines, omnes omnino sunt animæ Christianorum, sed ut dicamus vobis, quod Deo inspirante sentimus, non qualescunq; animæ, sed tales animæ, quæ habent Catholicam fidem, & habere videntur bona opera in Ecclesia Dei, & tamen ex ipsis quinq; sunt prudētes, & quinq; fatuæ. **R.** Indica nobis, quem diligit anima nostra. * Vbi pascas, vbi cubes in tieride. **R.** In corde Gertrudis invenietis me. Vbi pascas. **LECTIO X.**

Quare ergo appellatae sunt quinque, & quare Virgines, prius videamus. Omnis anima in corpore, ideo quinariō numerō censetur, quia quinq; sensib; vtitur. Qui ergo se abstinet ab illico visu, ab illico auditu, ab illico odoratu, ab illico gustu, ab illico tactu, propter ipsam integratatem Virginis nomen accipit. Sed si bonum est abstinerre ab illicitis sentiendi motibus, & ideo unaquæque anima Christiana virginis nomen accipit: quare quinq; admittuntur, quinq; autē repelluntur. **R.** Placebat sibi in infirmitatibus & angustijs pro Christo. * Et varijs li-

cet languoribus vexata, omnibus qui in pressura erant charitatis solatiū impendebat. **R.** Cum infirmabatur tunc potens erat. Ecce varijs. **LECTIO XI.**

Et Virgines sunt, & repelluntur. Parum est quia virgines sunt, & lāpades habēt. Virgines propter bona opera, de quibus operibus Dominus dixit: Luceant opera vestra coram hominibus. Item discipulis dicit: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. In lūbis accinctis virginitas, in lucernis ardētibus opera bona. Si ergo ab illicitis abstinentia bona est, vnde Virginitas nomen accepit; & opera bona laudabilia sunt quæ significātur lāpadib;, quare quinq; admittuntur, & quinque repelluntur. **R.** Apparuerūt Cœlestes Spiritus, qui Gertrudem ad Agni nuptias invitabant dicentes. * Veni Domina quia te expectant cœli deliciae. **R.** Veni de Libano sponsa, veni de Libano veni coronaberis. Veni Dña.

LECTIO XII.

Alias dixit prudētes, alias stultas. Vnde intuemur, vnde discernim?: De oleo. Aliiquid magnum significat oleum, & valde magnū. Putas autem charitas est? Quærendo dicimus, non sententiā præcipitamus. Vnde mihi videatur per oleum charitas significari: dicam vobis, Apostolus di-

lus dicit: adhuc supereminentiorem vobis viam demonstro. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ærumentum sonans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est supereminens via, id est charitas, quæ meritò oleo significatur; omnibus enim humoribus oleu supereminet. ¶ Cùm beata Gertrudis Dei amore langueret, apparuit ei sp̄sus quem diligebat. * Qui eam in cordis sui sacrarium admissam, ad cœlestē thalamū traduxit. ¶ Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Qui eam. Gloria Patri. Qui eam. Euang. Simile erit Regnum Cœlorū decem Virginibus. de comm: Virginum Oratio. Deus qui in purissimo.

Ad Laud: & per Horas Aña.
LAUDA & lætare filia Sion; quia ecce venio; & habitabo in medio tui dicit Dominus. Psal. Dominus regnauit. **Aña** O beata anima, quæ meruit esse sedes sapientiæ, cuius deliciæ sunt, esse cum filijs hominum. Psal. Jubilate Deo. **Aña** Annulis septem subarravit me Dñus meus Iesus Christus, & tanq; sp̄sulam decoravit me corona. Psal. Deus De' me'. **Aña** Habuit Gertrudis portæ claudere cœlū nubib', & aperire portas ei'. qvia lingua ei' clavis cœli facta est. **Cat:** Be-

nedicite. **Aña** Ancilla fidelis & sp̄sula electa iravit in cor et gaudiū Dñi sui, cuius amore lāguebat Psal. Laudate Dominū de cœlis. Capit. Inveni quem diligit. ut su pra in Vespri. & br. Specie tuā* Et pulchritudine tuā. Specie. ¶ Int̄cde prosperè, procede & regna, Et pulchritudine. Gloria. Speci. *Hymne.*

Chelás.

AD sacros Virgo thalamos an-Nuptias Cœlo celebrare gestit Et pijs votis nimiu morātem, Prouocat horam.

Aegra, cum languet, manifestus adstat. (stus.)

Cœlitū turmā comitāte Chri- Atq; diuini recreat iacentem.

Lumine vultus.

Surge cōclamat soror atq; sp̄sula En tibi pādo penetrale cordis Ut triūphali reserata scandas

Sydera curru.

Ista vox, omnes penetrat medulas,

Atq; cōpages animi resoluit Spiritus liber volat in reclusa Viscera Christi.

Regios agni thalamos petentē Jubilans stipat superū coronā Atq; cōplexus, & amica cārat Ocula sp̄sula.

Virginū sp̄sulū, superūq; Regem, Virginum sanctæ celebrent chorez, (ævum.)

Et sacrā supplex Triadē per Orbis adoret, Am.

¶ Diffusa est gratia in labijs tuis.

Pro.

B E N E D I C T I N V M.

III

P. Propterea benedixit te Deus
in æternum.

Ad Benedictus Antiph.

O dignissima Christi spôsa, quâ
lux Prophetæ illustravit, zelus
Apostolicus inflammatu*m*uit, lauræ
Virginū coronauit, diuini amo-
ris incendium consummauit.

Ad Tertiam Antiph.

O beata anima. **C**apit. Inue-
ni quem diligit ut supra in *Vesp.*
V. Specie tua & pulchritudine
tua. **R.** Intendè prosperè, pro-
cede, & regna.

Ad Sextam Antiph.

Annulis septem. **C**apitulum.
Pone me ut signaculū super cor
tuum; quia fortis est ut mors di-
lectio. **V.** Adiuuabit eam Deus
vultu suo. **R.** Deus in medio
eius non commouebitur.

Ad Nonam Antiph.

Ancilla fidelis. **C**apitulum.
Surge amica mea, speciosa mea
& veni: Columba mea in for-
minibus petræ, in cœuerna ma-
ceriæ; ostende mihi faciem tuā,
Sonet vox tua in auribus meis:
vox enī tua dulcis, & facies de
cora. **V.** Elegit eam Deus, &
prælegit eam. **R.** In taberna-
culo suo habitare facit eam.

In II. Vesp. Antiph.

Casta columba nidificans in
cœuerna maceriæ sacri lateris Je-
su Christi, mel suauissimum de
petra sugebat. **Psal.** Dixit Do-
minus. **Aiz.** Loquebatur Chri-

stus ad dilectam Gertrudem fa-
cie ad faciem, sicut solet loqui
homo ad amicum suum. **Psal.**
Laudate pueri. **Aia.** Beata Ger-
trudis verba, Diuini erant amo-
ris iacula; lampades eius, lampa-
des ignis atq; flammarum. **Psal.**
Latitudo. **Aia.** Dilecta animam
è carcere corporis exeuntem, &
cepit Christus in vlnas suas, &
cor suum illi amanter aperit.
Psal. Nisi Dominus. **C**apit. **R.**
breue & **Hymnus.** ut supra in r.
Vesp. **V.** Diffusa est gratia in la-
bijs tuis. **R.** Propterea benedi-
xit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Antiph.

Apparuerunt Cœlestes Spi-
ritus de Cœlo, descendentes in
terram, qui Gertrudem ad Pa-
radysi gaudia modulatis vocibus
invitabant. Veni veni Domina
quia te expectant Cœli deliciæ.
Alleluia alleluia.

Die XIX. Nouembris.

S. Odonis Abbatis Duplex.
Omnia ut in Breuiario.

Die XX. Nouembris.

S. Gregorij Thaumaturgi Episc.
& Conf. semiduplex. *Omnia ut*
in Breuiario. xvii Nouembris.

Die XXIV. Nouembris.

S. Elisabeth Viduæ R. P.P. Du-
plex. *Omnia de com:* nec Virg.
nec Mart: exceptis, se-
quentibus.

Oratio

Oratio.

Tvorum corda fidelium Deus miserator illustra; & Beatae Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiceret, & cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

*Comm : S. Chrysogoni Mart.
In primò Nocti Lecti de scriptura
ocurrente.*

In II. Noct : L E C T I O V.

Elisabeth Andreæ Regis Hungariae filia, ab infantia Deum timere coepit, & crescens ætate, creuit etiā deuotione. Hæc postea Ludouico Landtgraui Turingiae in coniugé copulata, etsi ea quæ sui viri erant curaret, nō minus quæ Dei sunt, sedula exequebatur. Nocturno namq; tēpore à latere viri surgēs, orationibus & genuflexionibus occupabatur; siveq; dum esset vir in accubitu suo, nardus eius dabat sanitatis odorem. Et licet exteriorū indueretur regalibus, ne terreni viri oculos offendere videretur, interiorū tamen sub ciliis tegmine cœlestem sponsum gerebat absconditum.

L E C T I O VI.

Diebus singulis pietatis officio dedita, viduis, pupillis, ægrotis, carcerum inclusis ergastulis, & egentibus singulis singularia subuentio[n]is remedia ministrabat. Cuiusdam etiam pauperis graui capit[is] languore correpti,

quasi filij curam gerens, capillos eius, manu tondebat propriā, caput frequenter in pomarij secreto lauans, vt oculos fugeret ancillarum. Cum Teutoniam grauis vrgeret inedia, captatā viri absentia, domūs lux frumenta egentibus erogauit. Postquam autē à lege viri soluta est, depositis gloriae secularis exuvijs, ordine Pœnitentiū Beati Frâcisci ingressa, vilis tunice decore vestitur; ac divitiarū contempta jactantia, & generositate Parentū, nobilissimis orta natalib; se mūdo fecit ignobilē, ut nobilitaretur in cœlis: pro corona suscipiens cinerem, & ciliciū pro fascia pectorali. Pallebant ora ieunijs, abstinentiæ tenuitate confecta: & iam martyrem adhuc viuentem caro præmortua testabatur.

L E C T I O VII.

DVm autem die quadam defixis in cœlum oculis cōtemplationi vacaret, vt quasi de humanae conuersationis consortio videretur abstracta; Dei Filium dulcem Iesum ad se inclinatum cœlis patentibus vidit, inter alia sibi consolationis lenimenta dicentem: Si tu vis esse mecum, ego ero tecum, & à te nullaten separabor. Tunc sumptib; proprijs nobile hospitale construxit ampli possessione doratū; suaq; pretiosa monilia, & grandem pecunia[re] quantitatem, eidem loco libe-

eo liberaliter est largita. In quo receptam multitudinem pauperum corporali visitabat obsequio, affluenter eis necessaria subministrans, pedes eorum & capita incredibili humanitate laudato; & leprosum uulceru, etiam asperitu horribilia, capitis sui velo mundando.

LECTIO VIII.

Deinde propinquorum destituta suffragio, castris & possessionibus ceteris spoliatur. Sed ipsa miserationis solita non obliterata, lanam manibus operabatur & linum, de suilaboris impedio nudos pauperum humeros vestitura. Cumq; in his ac plurimis alijs sanctis operibus & q; ad finem vita perseuerasset, domesticis suis praedicens obituum, Deo spiritum reddidit, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primō, tertiodie imo Kalendas Decembri. Sacrum autem corpus ipsius post sancta anima separationem, statim coepit plurimis & maximis coruscare miraculis. Quibus auditis, & certa fide cōpertis, Gregorius Nonus eam Sanctorum collegio annumeravit.

In III. Noct: Homil. in Euang. Simile est regnum Caelorum thesauro abscondito. De comm: non Virg. In Laud: fit comm: S. Chrysostomi Martiris.

Die XXVI. Novembris.
S. Siluestri Abbatis Duplex.
Omnia ut in Breuiario.

Die IV. Decembri.

S. Barbaræ Virginis & Martyris R. P.P. Duplex. Omnia de com. Virg. Mart. Oratio.

Deus qui inter cetera potenter tua miracula, etiam in sexu fragili victoriā martyrij cōculisti: concede propitius, ve qui Beatae Barbaræ Virginis & Martyris tua natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum. &c.

In I. Noct: Lect: de Scriptura occurrente.

In II. Noct. LECTIO V.

Barbara Virgo Nicomediensis, ob insignem corporis elegantiam, a Diocoro Patre nobilissimo viro, in turrim inclusa, ab omnium oculis arcetur. Vbi multa secum pie religiosęq; meditata, tanto Christiana religionis amore, & seruadæ castitatis exarisse, ut nonmodò nuptias à Patre oblatas respuerit, verūmetiam se Christum colere professa, nefarium idolorum cultum magnâ libertate perstrinxerit.

LECTIO VI.

Diocorus ita filia verbis excedavit, ut eam præsidi Marchiano quod à proposito nō defisteret, excruciantem tradidet. Is illam primū blanditijs, præmis

prœmijs propositis, & honori-
bus, ad paternæ superstitionis
cultum est conatus adducere.

LECTIO VII.

Cym verò à fidei cōstātia nul-
lis verborū illecebris deduci
posset; omnis tormentorū acer-
bitas in eam conuertitur: ner-
uis enim bubalis grauissimè cæ-
sa, in obscurissimū carcerem de-
truditur: ubi etiā omni humana
ope destituta, diuinitus tamen
curata est.

LECTIO VIII.

QUOD ubi senserunt Christia-
ne fidei hostes, eò furoris
atq; dementiæ progressi sunt, vt
in eam, & carcere maceratione
& lampadum adustione, & ma-
millarum præcisione, suam o-
mnem crudelitatem deprōpse-
rint. Neq; tamen his contenti, 9
Dioscorus, paternæ charitatis
prosperus oblitus: filia sua manu
caput amputare non dubitauit.
Cuius anima in cœlum ad dupli-
cem virginitatis & martyrij pal-
mam euolauit.

In III. nocturno.

LECTIO Sancti Euangelij, secun-
dum Marthæum.

LECTIO IX. Cap. 25.

IN illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis parabolam hāc:
simile est regnum cœlorum de-
cem virginibus, quæ accipientes
lampades suas, exierunt obuiam
sponsos & sponsas. Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis Chrysostomi.

Post ingentes labores, post in-
credibiles sudores, & acerri-
mas pugnas, post trôphæa, quæ
de naturæ rabie statuerūt, resur-
gunt cum dedecore, & lampadibus
earum extinctis, terram
aspicientes recedunt. Nihil sa-
ne tenebrosius est, quam virgi-
nitatis oleo carens; unde sic vul-
go multi, immisericordes tene-
brosos solent appellare.

LECTIO X.

Quid igitur ex virginitate lu-
cratas sunt, quæ nec sponsum
quidem vidérunt, nec saltē ad
pulsandū usq; peruenérunt; sed
terribile illud verbum audiuere:
Abite, nescio vos. Quod cū
ipse dixerit, nihil aliud, quam
gehena, & intolerabilis crucia-
tus relinquatur: imò etiā gehena
istud verbum grauius est: hoc
verbum operantibus etiam ini-
quitatem dixit. Vigilate, quia
nescitis diem neq; horam...

LECTIO XI.

Crebrò id repetit, ut ignorā-
tiam exitus ab hac vita vtilē
esse ostendat. Vbi sunt ergo qui
per totam vitam desidia torpe-
scunt, & quando à nobis admone-
nentur, respōdere non dubitant,
omnia se pauperibus moriendi
tempore relicturos? Audiant
hæc verba, & emēdent se: mul-
ti enim abeūdi tempus expectan-
tes,

B E N E D I C T I N U M .

115

tes, ita repente rapti sunt, ut nec iniungere suis quidquam potuerint.

L E C T I O XII.

S Ed hæc quidem parabola eius eleemosynæ gratia, quæ cùm pecunia cōficitur, dicta est. Cur autem hæc parabola sp̄s̄sum adducit? ut videoas quātūm Virginibus Christ⁹ afficitur ijs, quæ sua pauperib⁹ erogant: hæc enim & vera virginitas est. Nam & Paulus huic rei, hanc descriptionem attribuit dicens: Innupta sollicita est de ijs, quæ Domini sunt, & sit sancta corpore & spiritu.

In Land: omnia de comm.

Virg. Mart.

Die VIII. Decembbris.

Festum IMMACULATÆ Cōc ept. B. M. V. Duplex. cum Octaua.

Omnia ut in Breuiario.

Die IX. Decembbris.

Secundâ die infra Octauâ. Inuitatoreū & Hymn. ut in die festi. In i. Noct. Anna. Benedicta tu f in mulieribus, & benedict⁹ fructus ventris tui Psal. Fer. 9. & 9. eiusdem Nocturni, cuius est Absolatio.

Sermo S. Augustini Episcopi.

L E C T I O I .

Exultat Maria, & Matrē se læta miratur, & de Spiritu Sancto se peperisse gaudet: nec quia peperit innupta terretur: sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O foemina super foeminas benedicta, quæ virū omni-

nō non nouit, & virum suō vicerō circumdedit. Circumdat virum Maria, Angelo fidem dando, quia Eva perdidit virum, serpenti consentiendo. O felix obediētia! o insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. Hinc promeruit gloriā, quā ipse postmodum auxit. Ecce ait: Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.

L E C T I O II .

O Beata Maria quis tibi dignè valeat iura gratiarum ac laudum præconia rependere, quæ singulāri tuo assensu mōdo succurristi perditō? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet, qua solō tuo cōmercio recuperadi aditum inuenit? Accipe itaq; quascunque exiles, quascunq; meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm suscepis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exaudiitionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis.

L E C T I O III .

Si per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impenetrabile, quod fidā mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes vñica peccatorum. Per te speram' dilectorū veniam, & in te beatissima no-

ma nostroru*cis* expectatio prœ-
miorum. Sancta Maria, succur-
re miseris, iuuu pusillanimes, re-
foue flebiles, ora pro populo, in-
terueni pro Clero, intercede pro
deuoto fæmitio sexu: sentiant
omnes tuu iuvamen, quicunq;
celebrant, tuam Sanctam Con-
ceptionem.

In II. Noct. Ant. Sicut myr-
tha, & electa odorē dedisti suau-
tatis Sancta Dei Genitrix. *Psal.*
Fer.

Capitulum:

Transite ad me omnes, qui co-
cupiscitis me: & à generationi-
bus meis implemini: Spiritus
enim meus super mel dulcis, &
hæreditas mea super mel & fa-
vum, memoria mea in genera-
tiones sœculorum.

y. Diffusa est gratia in labijs tuis.
z. Propterea benedixit te Deus
in æternum.

Oratio. Famulis tuis. *Ad Laud.*
t alias Horas omnia ut in die fe-
stis. Sic dicitur Offic. per totam Off: cum cōm: feria in Laud. *t* Veſp:
In Veſp. post Comm. feria, sit cōm.
S. Melchiadis Pape & Mart. Ora-
tio. Infirmitatem. ut in Com. uni-
us Martyris.

Die X. Decembris.

Tertiā die infra Octauam.

In I. Noct. Ant. Ante torum &
hui' Virginis frequentate nobis
dulcia canticæ dramatis. *Ps. Fer.*
Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

LECTIO I.

NOvum fecit Dominus super-
terram, vt mulier circumda-
ret virum, nec aliū quām Chri-
stum, de quo dicitur: Ecce vir
Oriens nomen ei^r. Novum quo-
que fecit in cœlo, vt mulier So-
le appareret amicta. Deniq; &
coronauit eum, & vicissim ab
eo meruit coronari. Egregiimi-
ni filia Sion, & videte Regem Sa-
lomonem in diademate, quō co-
ronauit eum mater sua. Verū
hoc alias. Interim sanè ingre-
dimini magis, & videte Reginā
in diademate, quō coronauit eā
filius suus. In capite, inquit eius
corona stellarum duodecim.

LECTIO II.

Dignum planè stellis coronari
caput, quod & ipsi longè
clariū micans, ornat eas potius,
quām ornetur ab eis. Quidnī co-
ronent sidera, quām sol vestit.
Sicut dies verni circumdabant
eam flores rosarum, & lilia con-
uallium. Nimirū laua sponsi
sub capite eius, & iam dextera
illius amplexatur eam. Quis il-
las aestimet gemmas, quis stellas
nominet, quibus Mariæ Regium
diadema compactum est.

LECTIO III.

Q Vid ergo sidereum micat in
generatione MARIE? Planè
quod ex Regibus orta, quod ex
semine Abrah^x, quod generosa
ex stir-

ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generationi illi, ob singulare priuilegiū, sanctitatis, diuinitū noscitur esse concessa; quod longè ante eisdē patrib' cœlitū re promissa, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænunciata propheticis. Hanc sacerdotalis virginem, dum sine radice floruit: hæc Gedeonis vellus, dum in medio sicca arca maduit: hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, quæ nulli vñquam patuit, præsumebat.

In II. Noct. Año.

Specie tua & pulchritudine tua, intende prosperè procede & regna. *Psali Fer.*

*In Laud: fīrōm: ser: S. Melchi-
adis Pape & Mart.*

*In Vesp. & Capit: fīrō S. Dama-
ſi cum comm: Orl: & feria.*

Die XI. Decembri.

*Qarā die infra Orlānā:
S. Damasi Papæ & Mart. Semid.*

*Omnia ut in Breuiar. In Laudo.
cōm: Orl: & fer. In II. Vesp. &
Cap de Orl. cōm: S. Damasi & fer.*

Die XII. Decembri.

*Quinta die infr: Orl: In I. Noct.
Año. Adiuuabit eā & Deus vul-
tu suo: Deus in medio eius, non
commouebitur. Psal fer.*

*Ex lib. S. Epiphani Episc: ad-
versus hæreses. LECTIO I.*

*B e a t a M a t e r D e i M A R I A , p e r
E u a m significatur, quæ per*

enigma accepit, ut mater viuentium vocetur. Illa etenim mater viuentium vocata est, etiam postquam audiuit: Terra es, & in terram reuerteris, post transgressionem. Et mirum est, quod post trāgressionem hoc magnū cognomen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Eua omnis hominum generatio deducta est in terra: hic autem verè à M A R I A hæc vita mundo genita est, ut viuentem gigneret, & fieret M A R I A mater viuentium appellata est.

LECTIO II.

*E*Vx datum est operire corpus sensibile propter nuditatē sensibilem: MARIAE vero datum est à Deo ut pareret nobis Agnum, & ex gloria ipsius Agni fieret nobis velut à vellere sapientia per virtutem ipsius, indumentum incorruptibilitatis. *E*ua etiā mortis causa facta est hominib: per ipsam enim mors ingressa est in mundū. MARIA vero causa vita, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei aduenit in mundum: & vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit & gratia: & vnde illata est mors, illic processit & vita, ut vita pro morte fieret: & qui per mulierē nobis vita factus est, mortem ex muliere inductā excluderet. Et quoniam illic Eua, cùm adhuc esset Virgo, per imobedientiam trāgressa

gressa est: è contrario per Virgi-
nem obedientia gratie facta est,
annuntiatio aduentu in carne de
cœlo, & vita æterna.

LECTIO III.

DE MARIA enim accipitur (licet mihi hoc dicere) quod scriptum est de Ecclesia: Relinquit homo patrem suum, & matrem suam, & adhæredit uxori sui: & erunt duo in carne una. Sanctus autem Apostolus dicit: Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et vide scripturarum accuratam dicendi proprietatem, quod de Adam quidem dixit, formavit: de Eua vero non formatam esse, sed edificatam. Accepit enim inquit unam de costis eius, & edificavit ipsi in uxorem. Quo ostendat Dominum quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpore, ab ipsa vero costa edificata esse Ecclesiam, in eo quod punctum & apertum est ipsius latus, & mysteria sanguinis & aquæ, persona redemptoris facta sunt.

In II Noct. Aña. Fauus distilans & labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum: sicut odor thuris. *Psal. Fer. Vesp. de S. Luca. comm. Ott. & fer.*

Die XIII. Decembris.

Sexta die infra. Ott.

Lucas Virg. & Mart. Duplex.

*Omnia ut in Breuiario. Cum Ott.
tam in Laudis quam in zdis vespe-
ris, & ferie.*

Die XIV. Decembris.

Septima die infra. Ott.

In I. Noct. Aña. Fons hortorum & puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano. *Psal Fer.*

Ex Epistola S. Ambrosij Episc. ad Siricium Papam.

LECTIO I.

DE via peruersitatis prodūctus dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Quæ potuit ergo Virgo cōcipere, non potuit Virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur: sed si doctrinis non creditur Sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium: Quia non est impossibile Deo omne verbum. Credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & seruat: Audiuit Maria vocem Angeli, & quæ ante dixerat. Quomodo fieri istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla Domini contingat mihi secundum verbum tuum.

LECTIO II.

EX libris S. Hieronymi Presbyteri aduersus Iouinianum. Christus Virgo, Mater Virginis nostri

nostri, Virgo perpetua; Mater & Virgo; Iesus enim clausis ingressus est ostijs; & in sepulchro ei' quod nouum, & in petra durissima fuerat excisum, nec antea quis, nec postea positus est. Hoc conclusus, fons signatus: de quo fonte ille flauis manat, iuxta Iōēl qui irrigat torrentem vel funium, vel spinarum; funium peccatorum, quibus alligabamur: spinarum, quæ suffocant sementem patris familiæ. Hæc est porta Orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa, & lucida, operiēs in se vel ex se proferens Sancta Sanctorum: per quam Sol iustitiae, & Pontifex noster secundum Ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur.

L E C T I O III.

Ex lib. S. Irenzii Episc. & Mart. aduersus hæreses:

IN sua propria veniente Domino, & sua propria eum baiulante conditione, quæ baiulatur ab ipso, & recapitulationem eius, quæ in ligno fuit, inobedientia, per eam quæ in ligno est, obedientiam faciente, & seductione illa solutæ, quæ seducta est male illa, quæ iam viro destinata erat, Virgo Euæ; pér veritatem euangelizata est, bene ab Angelo, iam sub virò Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per Angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, prævaricata ver-

bum eius: ita & hæc per Angelicum sermonem euangelizata est, ut portaret Deum obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum: sic hæc suæ est obedire Deo, ut Virginis Euæ, Virgo Maria fieret adiuvata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humatum per virginem; soluatuerit per Virginem: & quæ lance disposita virginalis inobedientia, per Virginalem obedientiam.

Si venerit in feria quartæ Quartuor temporum, lectio tertia erit de illius Homilia cum suo. B.

In II. Noct. Aða. Sicut letantium & omnium nostrum habitatione est in te Sancta Dei Genitrix. Psal ser.

Dominicâ infra Octo: fit Officium de ea Dominica Adventus qua occurrerit cum comm. Octo. Concepto. Non dicuntur preces ad Cöpleterium, neq; ad Primâ: in qua tamen recitantur omnes Psalmi Dominicæ & Symbolum: Quicunq; Si Festu Coceptionis occurras in Dominicâ 1da. Aduentus træsferitur in primam diem non impeditam, & in aliis. Vesp. Dominicæ, quando in sequentem diem transferitur, fit totum Officium de Cocepto. cū cõm. Dominicæ. Et in secundis Vesp. Concepti: fit Comm: ser, & S Melachiadis. Sabbatho vero proximè seq. quia dies Octava Cocepti non transferitur, neq; de ea fieri potest Officium,

Officiū, nisi per solā Cōm. in Dñica.
Ideo in idis Vesp. & Dñica 3tia, di-
cūtur Aīe & Psal. ut in Sabbatho,
scilicet: Regnum tuum. Et Cō-
fiteantur, &c. Capit. & cat. de
Dñica. 3tia. & post Orationē Dñica
fit Cōm. Oī: vt in primis Vesp.
festi. Deinde S. Eusebi Episc. &
Mart. In Matut. & Laud. Psal. vt
in Psalterio die Dominicō; cate-
ra ut in Dominica 3tia. Aduerūs.
In Laud. & 2dū Vesp. fit cōm: Oī:
Immacul: Conceptionis B. M. V.

Die XV. Decembris.

Octava Cōcept. B. M. V. Dupl.
Officia ut in i. Vesp. festi, cū cōm.
ser. & S. Eusebi Episc. & Mart.
Oratio. Deus qui nos Beati. &
comm: unius Mart.

*In i. Noī: Lect: de Scriptura
occurrente.*

*In II. Noī: Lectio V.
De expositione S. Gregorij Papæ
in libros Regum.*

Fuit vir vnius de Ramathaim
Sophim, de monte Ephraim.
Potest montis nomine Beatissi-
ma Virgo MARIA, Dei genitrix
designari. Mons quippe fuit,
quæ omnem electæ creaturæ al-
titudinem, electionis suæ digni-
tate transcendor. An non mons
sublimis MARIA, quæ ut Cōce-
ptionem æterni verbi pertinge-
ret, meritorum verticem supra
omnes Angelorum choros vñq;
ad solium Deitatis erexit. Huius
enim mōtis præcellentissimam

dignitatem Isaías vaticinans ait
Erit in nouissimis diebus præpa-
ratus mons domus Domini in
vertice mōtum. Mons quippe
in vertice mōtum fuit, quia al-
titudo MARIA supra omnes san-
ctos resulſit. **L E C T I O VI.**

*Ex Epistola S. Leonis Papæ ad
Pulcheriam Augustam.*

Sacramentum reconciliationis
nostræ ante tēpora æterna di-
spositum, nullæ implebant figu-
re: quia nondum superuenerat
Spiritus Sanctus in Virginem, nec
virtus altissimi obuiauerat ei,
vt & intra intemerata viscera,
ædificare sibi sapientiæ domum,
verbū caro fieret, & formā Dei
ac formā serui in vnam cōveniē-
te personam, creator temporum
nasceretur in tempore, & per
quem facta sunt omnia, ipse in-
ter omnia gigneretur.

L E C T I O VII.

Nisi enim nov⁹ homo fact⁹ in
similitudinē carnis peccati
nostram susciperet vetustatē, &
cōsubstantialis Patri, cōsubstan-
tialis esse dignaretur & Matri,
naturāq; sibi nostrā salus a pec-
cato liber vñret, sub iugo dia-
boli generaliter teneretur huma-
na captivitas. **L E C T I O VIII.**

*De expositione S. Basilij Episc.
in Isaiam Prophetam.*

Acessit, inquit, ad Prophetis-
sa, & in utero accepit & pepe-
rit filiū. **Q**uod Maria Prophetaissa
fuerit

fuerit, ad quam proximè accessit
Iaias per prænotionem Spir-
itus, nemo contradixerit, qui sit
memor verborum MARIE, quæ
Prophetico afflata Spiritu elocu-
ta est. Quid enim ait? Magnis-
cat anima mea Dominum, &
exultauit spiritus meus in Deo
salutari meo: quia respexit hu-
militatem ancillæ suæ; Ecce enī
ex hoc beatā me dicent omnes
generationes. Quod si animum
accommodaueris vniuersis eius
verbis, nō vtq; contentiōnē ne-
gaueris, eam fuisse Prophetisā,
quod Domini Spiritus in eam su-
peruenerit, & virtus Aleissimi
obumbrauerit ei.

In III. Nocturno.

Lectio S. Euangelij secundūm
Matthæum.

LECTIO IX.

Liber generationis Iesu Chri-
sti, Filij Dauid, Filij Abraham,
Abraham genuit Iaac, Iaac au-
tem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

hom. 2. in Matth.

Duo sunt, quæ pariunt quæ-
stionem. Vnum, quæ causa
sit, ut in generationum catalogo
virgo sileatur: alterum vero,
qua ratione Joseph memoretur,
eui certè nihil cum Christi ge-
neratione est commune. Vide-
tur enim & vnum abundare, &
alterum deesse. Quid ergo di-
cemus? quod vtq; primū illud

necessè fuerit memorari, quem-
admodum ex Dauid Virgo de-
scenderit. Vnde hoc itaque di-
cemus? Audi ad Gabriel loquē-
tem Dominum: vade ad Virgi-
nem despontatam viro, cui no-
men Joseph, ex domo & fami-
lia Dauid. Quid vis audire ma-
nifestius, cum ex domo & fami-
lia Dauid illam Virginē esse co-
gnoscas. LECTIO X.

Non erat mos apud Hebræos
generationum catalogū per
fœminas texere. Ut ergo & mo-
rem custodiret, neue in ipso sta-
tim principiō videretur antiqua
destruere, & nobis Virginē cer-
tiū indicaret; parentes eius re-
ticens atq; maiores, de Joseph
generatione non tacuit. Siue
enī hæc fecisset in Virginē, no-
uitatis non effugisset inuidiam;
siue Joseph reticuisset, nō agno-
sceremus, ex qua tribu Virgo
subsisteret. LECTIO XI.

Ver ergo & nos disseremus,
quæ esset Maria, vel vnde; &
cōsuetudo legis permaneret im-
mobilis, generationum catalogo
vsg; ad sponsum eius per-
duxit, ac de domo illum David
esse monstrauit. Hoc enim de-
clarat, illud quoq; pariter ostē-
dit, quod scilicet inde esset, &
Virgo; quia vtq; nequaquam iu-
stus iste pateretur sibi aliunde
quam vnde lex præcipiebat, eli-
gere.

Q

Lectio

L E C T I O X I I .

Possimus verò aliam quoq; & altiorem quidem proferre rationem, ob quam parentes Virginis prætermitti sunt. Sed quæ ea est? Noluit Euangelista recéti adhuc tempore noui illi^o, admirandi; partus Iudæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neq; proprius noster hic sermo est, sed a nobis de Patrum, atq; insignium viorum traditione susceptus.

Si verò hæc Oct: occurràt in Quatuor Temporibus, xii lectio erit de Homilia illius fer. cùm suo B. Euag. & Orat. ut in die festi. In Laud: Comm: fer. & S. Eusebij Episcopi & Martyris.

Die XXIX. Decembris.
S. Thomæ Cantuariensis Episc. & Mart. Semidupl. Omnia ut in Breuiario cum comm: Octauarū.

Die VI. Iunij.
S. Claudi Episc. & Conf. Dupl.
Oratio.

*E*xaudi quæsum⁹ Dñe, preces nostras, quas in Beati Claudi Confessoris tui atq; Pontificis solemnitate deferimus; vt qui tibi dignè meruit famulari eius intercedentib⁹ meritis, ab omnibus nos absolute peccatis. Per Dominum &c.

Lect: I. Noct. Fidelis sermo.

Ex. 3. 1.

In II. Noct: LECTIO V.

B Eatus Claudio ex illustri Salinenſium Principum, ſive Palatinorum familia originem duxit. Vsq; ad septimum ætatis ſuę anum in domo parentum ſuorum mansit, a quibus maximā curā, ſummōq; ſtudiō in Dei timore fuit educatus. Poſtea ē domo Patris recedens doctissimos viros conquisiuit, vt ſub ijs ſacras literas facilius addeceret, quo in ſtudio talem ſe präbuit, vt omnium admirationem ſibi conciliaret. Cū iam vigesimū ætatis annū attigillet, ſpretis mündi delicijs ſeculiq; voluptatib⁹ Bizontinæ Ecclesiæ factus est Canonicus.

L E C T I O VI.

T Antus ieiunij amator fuit, vt ſemel in die tantum reficeretur, exceptis diebus Dominicis, festisq; ſolemnibus. In lectione diuinā, & meditatione ſepiſſime pernoctauit. Atq; interim anno duodecimo post ſusceptū canoniciatū officium, Praefule Bizontinō mortuo, voce delaplā mirabiliter präsignans omnium consensu Archiepifcopus creatur, atq; pontificalibus infulis redimitur anno à partu Virginis ſexcentesimo vigesimō ſextō. Ac deinceps vt fidelis serv⁹ & prudens familiam Domini, & Eccleſias ſibi creditas, quas quattuor visitabat, feruenti zelō guber-

gubernauit. **L E C T I O VII.**
Ceterum cum annis septem

Bizontinam rexisset Ecclesiam, diuinō seruens amore, cūctis in sua Diocesi benē dispositis, mirando sui ipsius contemptu, Episcopatu ſele vltro abdicavit: & ab Angelo admonitus ad Monasterium Sancti Sagondi recessit, ibiq; habitum Sancti Patris BENEDICTI recepit, institutumq; professus est. Tanta vero eximiae sanctitatis, altissimq; perfectionis dedit indicia, ut post annos quinq; eiusdem Monasterij Abbatē ad Dominū migrante, omnī fratrū voce, unanimiq; consensu in defuncti locum, licet reluctantis, coaptatus fuerit. **L E C T I O VIII.**

Maximō virtutum omnium splendore in Monasterij regimine luxit, ita ut non solum Clerici, sed etiā nobiles sanctā ipsius fratrū; audientes conversationem ad eum cōfuerēt, ut suis discipulis eos sociare dignaretur; a quo libēter suscepit, ad perfectionis capessenda vestigia ipsos summoperē prouehebat. Pauperib' Christi omnē humanitatem exhibebat, hospites vndiq; superuenientes tanquam Christū suscipiebat. Tandem anno quartō Childeberti Francorum Regis, cum iam annis quinquaginta fratribus praeſuisset, seniō consecutus Sanctis

simam animam Deo reddidit: cuius vita & mors magnis nobilitata est miraculis. Eius corpus vslq; in præsens in suo Monasterio incorruptum & integrum aſſeruatur.

*In i i i. Noct: Homil. in Euang.
Vigilate de comm. Confes. Pont.
In Land & alijs Horis omnia de
comm: Conf. Pont.*

O F F I C I V M

SS. P. N. B E N E D I C T I
Recitandum feriā tertiā sub
ritu semiduplici.

Si hoc Officium incidat in feriā tertiā 1a lect: festō, impedita tunc recitari potest aliquo alio die, excepto die Sabbathi eiusdem hebdomade: extra rationem tempus Aduentus, Quadragesima, & Vigiliarū. Ut notatur in Rubrica generali, de translatione festorum S. decimo.

In 1. Vesp. Antiph. Fuit vir &c., ut infra in Land: Psal. de Domina. Capitulum.

Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum nō abiit, nec sperauit in pecunia thesauris, quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. ¶ Deo gratias.

¶ breue. Os iusti * meditabitur sapientiam. Os iusti. ¶ Ec lingua eius loqueretur iudicium, Meditabitur Gloria. Os iusti.

Hymnus

Hymnus.

LAUDIB⁹ ciues resonēt canoris
Templa solemnēs modulētur
 hymnos
Aureā summi Benedictus arce
 Gaudet Olympi.
Ille florentes peragebat annos,
Cū puer dulcis patriæ penates
Liquit, & solus latuit silenti
 Conditus antro.
Inter vrticas rigidosq; sentes
Vicit altricem scelerum iuventā
Inde cōscriptis documenta vitæ
 Pulchra Beatæ.
Æream turpis Clarij figuram
Et nemus stravit Veneri dicatū
Atq; Baptistæ posuit sacratæ
 Monte facellut.
Iamque felicè residens Olympo
Inter ardentes Cherubī catervas
Spectat, & dulci reficit clientula
 Corda liquore.
Gloria Patri, Genitæq; Proli,
Et tibi compar vtriusq; semper
Spiritus alme Deus vñus omni
 Tēpore sæcli, Amen.
V. Amauit eum Dominus & or-
nauit eum. **R.** Stolam gloriæ in-
duit eum.

*Ad Magnificat. Aña. Sanctissi-
me † Confessor Domini Mona-
chorū Pater & Dux Benedicte,
intercede pro nostra omniumq;
salute. *Oratio.**

EXITA Domine in Ecclesia tua
 Spiritum, cui Beatus Pater Be-
neditus Abbas seruiuit: ut eō-
dem nos repleti studeamus ama-

re quod amauit, & opere exer-
cere quod docuit. Per Dominū
nostrum IESVM Christum Filium
ruum, qui tecum viuit & regnat
in unitate eiusdem Spiritus Sanc-
ti Deus, per omnia sæcula sæ-
culorum. **R.** Amen.

Ad Maturinum Inimitatorium.
Regē cōfessorū Dñū. * Venite a-
dorem⁹. *Psal.* Venite exultem⁹.

Hymnus. (tes,
Quidquid antiqui cecinere va-
 Quidquid æternæ monimen-
 ta legis,
Continet nobis celebrāda sumi,
 Vita Monarchæ.
Extulit Moysen pietas benignū,
Inclytum proles Abrahā decorat
Isaac Iponsæ decus, & seueri
 Iussa parentis.
Ipse, virtutum cumulis onustus,
Celsior nostri Patriarcha cœtus
Isaac, Moysē, Abraham sub vno
 Pectore clausit.
Ipse, quos mudi rapuit procellis
Hic pius flatu statuat secundo
Pax vbi nullo requiesq; gliscit
 Mista pauore.

Gloria Patri, Genitæq; Proli,
Et tibi &c. ut supra in Vesperis.

In 1. Noct: Antiphona.
Beatus vir † qui in lege Domini
meditatur volūtas eius per-
manet die ac nocte & omnia
quæcūq; faciet semper prospera
buntur. *Psal.* Beatus vir. *Aña.*
Beatus iste Sanctus † qui confi-
sus est in Domino, prædicavit
præce-

præceptum Domini, constitutus est in monte Sancto eius. *Psal.* Quare fremuerunt. *Aña.* Inuocante † exaudiuit Domin⁹ Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace. *Psal.* Cum inuocarem *Aña.* Extentur omnes † qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti iusto; scuto bona voluntatis tuæ coronasti eum. *Psal.* Verba mea. *Aña.* Domine † Dominus noster, quād admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! quia gloria & honore coronasti Sanctū tuum, & cōstituisti eum. super opera manū tuarū. *Psal.* Domine Dominus. *Aña.* Iustus Dominus † & iusticiam dilexit, & equitatē vidit vultus eius. *Psal.* In Domino cōfido. *¶.* Amauit eum Dominus & ornauit eum. *¶.* Stolam gloriæ induit eum...

Letitiones primi, secundi, & tertij Nocturni, ponuntur infra: pro singulis Mensibus.

ante Dominū. *¶.* Plantatus in domo Domini in atrijs domū Dei nostri. Et florebit.

¶. III. Iste cognovit iustitiā, & vidit mirabilia magna, & exorauit Altissimū * Et inuentus est in numero Sanctorū. *¶.* Iste est qui cōtempnit vitam mundi, & peruenit ad Cœlestia regna. Et inuenitus est.

¶. IV. Domine præuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis * Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. *¶.* Vitam petiit a te & tribuisti ei Domine. Posuisti. Gloria Patri. Posuisti.

In II: Noct: Antiphona.
Domine † iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est iusticiam, requiesceret in mōte Sancto tuo. *Psal.* Domine quis habitabit. *Aña.* Vitā petiit a te, † & tribuisti ei Domine: gloriā & magnū decorē imposuisti super eum, posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso. *Psal.* Dñe in virtute. *Aña.* Hic accipiet † benedictionem à Domino, & misericordiā à Deo salutari suo, quia hæc est generatio querentium Dominum. *Psal.* Domini est terra. *Aña.* Cognovit eum † Dominus in benedictionibus suis, & inuenit gratiā coram oculis Domini. *Psal.* Cāitate Domino. *Aña.* In fide † & lenitate ipsius, sanctū fecit illum Dominus, & ostendit illi gloriā suam

suam. *Psal.* Dominus regnauit exultet. *Aia.* Iustus germinabit & sicut lilyum, & florebit in æternum ante Dominum. *Psal.* Cantate Domino.

* Os iusti meditabitur sapientia
¶ Et lingua ei loquetur iudicium.
Incipit liber secundus Dialogo-
rum S. Gregorij Papæ.

L E C T I O V .

Fuit Vir vita Venerabilis, graciā, BENEDICT⁹ & nomine, qui ab ipso pueritiae suæ tempore, cor gerens senile: ætatem quippe moribus transiēs, nulli voluptati animum dedit. Sed dum in hac terra esset, quo temporaliter libere uti potuisset, despexit iam quasi aridum mūdum cum flore. Qui liberiori genere ex Provincia Norfīa ortus, Romæ liberalibus literarum studijs traditus fuerat. ¶ Honestum fecit illum Dominus, & custodiuīt eum ab inimicis, & à seductoriis turuavit illum * Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Iustum deduxit Domin⁹ per vias rectas & ostendit illi regnum Dei, Et dedit illi.

LECTIO VI.

Sed cūm in eis multos ire per abrupta vitorū cerneret, eum quem quasi in ingressu mūdi posuerat, retraxit pedē: ne, si quid de scientia eius attingeret, ipse quōq; in immane præcipitium eotus iret. Despectis itaq; literarum studijs, relicta domo, re-

busque patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ cōversationis habitum quæsiuit. Recessit igitur scienter nescius, & sapienter indoctus. ¶ Amauit eum Dominus & ornauit eum; stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas Paradysi coronauit eum. ¶ Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad.

LECTIO VII. cap. I.

Hic itaq; cum iam relicta literarum studijs petere deserata decreuissest; Nutrix quæ hunc arctius amabat sola secuta est. Cūmque ad locum venisset qui dicitur Effide, multisq; honestis viris pro charitate se illic retinenteribus, in B. Petri Ecclesia demorarentur, prædicta Nutrix illius, ad purgandum triticum, à vicinis mulieribus præstari sibi Capisterium petiit, quod super mensam incaute derelictum, casu accidente fractum est sic, ut in duas partes inueniretur diui-

LECTIO VIII.

BENEDICTVS autē Religiosus ac
pius puer, cum Nutricem su-
am flere consiperet, eius dolori
compassus, ablatis secum vtrisq;
fracti capisterij partibus, sese cu-
lachrymis in Orationē dedit.
Qui ab oratione surgens, ita iu-
xta se vas sanū reperit, vt in-
eo inueniri fracturæ nulla vesti-
gia potuissent: moxq; Nutricem
suam blandè consolatus, ei sanū
Capisterium reddidit, quod fra-
ctum tulerat. Quæ res in eodem
loco à cunctis est agnita, atq; in
tata admiratione habita, vt hoc
ipsum Capisterium, eius loci in-
coleæ in Ecclesiæ ingressu suspe-
derent; quaténus prælentes &
futuri omnes agnosceret, à quā-
ta BENEDICTVS puer cōversatio-
nis gratiam perfectione cœpiss-
et: quod annis multis illic an-
te oculos omnium fuit, & vsq;
ad hæc Longobardorum tempo-
ra, super fores Ecclesiæ, pepen-
dit. ¶ Desiderium animæ eius,
tribuisti ei Domine * Et volun-
tate labiorum eius non fraudasti
eum. ¶ Vitam petiit à te & tri-
buisti ei Domine. Et voluntate.
Gloria Patri. Et voluntate.

In III. Nob̄t: Anna. ad Cantica.
Sint lumbi vestri † præcincti, &
lucernæ ardentes in manib⁹ ve-
stris. *Cant.* Beat⁹ vir qui in lapi-
entia, ut in cōm: Cōf: Pōt: ¶ Lex
Dei eius in corde ipsi⁹. ¶ Et nō
supplantabuntur gressus eius.

Lectio S. Euangeli secundum
Matthæum.

LECTIO IX. cap. 19. d. 27.

IN illo tempore: Dixit Petrus
ad Iesum: Ecce nos reliquim⁹
omnia, & secuti sumus te; quid
ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presby-
teri. lib. 3. in Matt.

Grandis fiducia: Petrus pisca-
tor erat, diues non fuerat,
cibos manu & arte quærebat; &
tamen loquitur cōfidenter: Re-
liquimus omnia. Et quia nō suf-
ficit tantum relinquere, iungit
quod perfectum est: Et secuti
sumus te. Fecim⁹ quod iussisti,
quid igitur dabis nobis præmij?
Iesus autē dixit illis: Amē dico
vobis, quod vos qui secuti estis
me (in regeneratione cū se-
derit filius hominis in sede ma-
iestatis suæ) sedebitis & vos su-
per sedes duodecim, iudicantes
duodecim tribus Isræl. Nō di-
xit: qui reliquisisti omnia: hoc
enī & Crates fecit Philosophus,
& multi alij diuicias cōtempse-
rūt; sed qui secuti estis me, quod
proprium Apostolorum est atq;
credentium... ¶ Iste est qui an-
te Deum magnas virtutes ope-
ratus est, & de omni corde suo
laudavit Dominum * Ipse in-
tercedat pro peccatis omnium
populorum. ¶ Ecce homo sine
querela verus Dei cultor, absti-
nens se ab omni opere malo, &
per

permanens in innocentia sua.
Ipse intercedat.

LECTIO X.

IN regeneratione cūm sederit filius hominis in sede maiestatis suz, quādo & mortui de corruptione resurgent incorrupti, sedebitis & vos in solijs iudicātium, condemnantes duodecim tribus Israēl. quia vobis credentibus illi credere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. ¶ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. * Et vos similes hominibus expectatiis Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. ¶ Vigilate ergo quia nescitis quā hora Dominus vester ventur⁹ sit. Et vos

Benedictio XI. Cuius cōmemorationē colimus, ipse gloriōsus Pater noster intercedat pro nobis ad Dominum. ¶ Amen.

LECTIO XI.

Locus iste cum illa sentētia cōgruit, in qua Saluator loquitur: Non veni pacem mittere sed gladiū. Veni enim separare hominem à Pātre suo, & filiam à Matre, & nurum à socru: & inimici hominis domestici eius. Qui ergo proper fidem Christi, & prædicationē Euāgelij omnes

carnales affectus contemplerint & diuitias, atq; seculi voluptates; isti centuplum recipient, & vitam æternani possidebunt.

¶ Beatus vir qui inuenitus est sine macula, & qui post aurum nō abiit, nec sperauit in thesauris pecunie. * Ideo stabilita sunt bona ipsius in Domino. ¶ Poutuit enim transgredi & non est transgressus, facere mala & nō fecit. Ideo.

LECTIO XII.

Ex occasione huius sentenziæ quidam introducūt mille annos post resurrectionem, dicentes: Tūc nobis centuplū omnium rerum, quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam, nō intelligentes, quod si in ceteris digna sit retributio, in uxori bus appareat turpitudo: ut qui vnā pro Deo dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus igitur iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui ita erunt, quasi si paruo numero ceterarius numer⁹ cōparetur. ¶ O beati viri Patris Nostri BENEDICTI sancta p̄æcōnia; o inastimabilis dilectio charitatis! qui dum seculi pompam contempsit. * Æternā vitā cōiunctus est. ¶ Cui vivere Christus fuit, & mori lucrum. Æternæ, Gloria, Æternæ.

Sequen-

B E N E D I C T I N V M.

EVANGELIVM.

Sequentia S. Euangeli secun-
dum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Petrus ad I E S V M. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus: quid ergo erit nobis? I E S V S autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum federit Filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Isræl. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomine meum: centuplū accipiet, & vitam æternam possidebit. *Oratio. Excita ut in Vesp.*

Al Landes & per Horas Aña.

Fuit Vir vita venerabilis & gratia BENEDICTI & nomine, qui ab ipso pueritate suæ tempore condigerens senilem, etatem moribus transiens, nulli animum voluptati dedit. *Psal. Dominus regnauit Aña.* Beatus vir BENEDICTI & plus appetiit mala mundi perpetui, quam laudes: pro Deo laboribus fatigari, quam vita huius fauoribus extolli. *Psal. Jubilate Aña.* Gloriosus Confessor Domini & vitam Angelicam gerens in terris, speculum bonorum operum factus est mundo: & ideo cum Christo, iam sine fine gaudet in cœlis *Psal. Deus Deus meus. Aña. E-*

rat vir Domini Benedictus & vultu placido, moribus decoratus Angelicis, tantaque circa eum claritas excreuerat, ut in terris positus in cœlestib[us] habitaret. *Cant. Benedicite. Aña.* Vir Dei BENEDICTVS, & omnium iustorum spiritu plenus fuit: ipse intercedat pro cunctis Monasticæ Professionis. *Psal. Laudate Dominum de cœlis.* *Capitul.* Beatus vir qui inuenitus est. ut supra in Vesp. *R. breue.* Amavit eum Dominus * Et ornauit eum. Amauit eum. *V.* Stolam gloriae induit eum. Et ornauit. Gloria Patri. Amauit.

Hymnus.

Intra æternas Superum coronas
Quas sacro partas retinet agone
Emicas celsis meritis coruscus

O BENEDICTE.

Sancta te cōpsit puerum senectus,
Nil sibi de te rapuit voluptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta

Mente levato.

Hinc fugâ lapsus, Patria, parêtes
Deseris, feruens Eremi colonus,
Edomas carnem; subigilq; Christo

Tortor acerbus.

Ne diu tutus latebras fouveres,
Signa te produnt, operum piorum
Spargitur felix celeri per orbem

Fama volatu.

Gloria Patri, genitæq; proli
Et tibi compar vriliusq; semper
Spiritus alme; Deus unus omni

*Tempore sæcli, Amé.**V.* Iustum deduxit Dominus per*R**vias*

vias rectas. Rx. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus Antiphona.

O Beati Viri † Patris BENEDI-
CTI sancta præconia, o in æli
mabilis dilectio charitatis, qui
dum sæculi pôpam contemplit,
eternæ vitæ coniunctus est.

Oratio. Excita Domine ut supr.
Deinde fiunt com: consude ut in
Breuiario. *Ad Primam Aña.*
Fuit Vir. Capit. Regi sæculorū.
& alia ut in Psalte. *Ad Absolutio-*
nem Capit. Iustum deduxit Do-
minus. ut insr. ad Nonam.

Ad Tertiâ Aña. Beatus vir BE-
NEDICTVS. Capit. Beatus vir qui
inuentus est. ut supr. in Vesp.
y. Amavit eum Dominus & or-
nauit eum. Rx. Stolam gloriæ in-
duit eum. *Ad Sextâ Aña.* Glo-
riosus Cōfessor. Capitulum.

Iustus cor suum tradidit ad
vigilandum dilucido ad Domi-
num qui fecit illum: & in con-
spectu Altissimi deprecabitur.
Rx Deo gratias. y. Os iusti me-
ditabitur sapientiam. Rx. Et lin-
gua eius loquetur iudicium.

Ad Nonâ Aña. Vir Dei Capitala.
Iustum deduxit Dominus per vi-
as rectas, & ostendit illi regnum
Dei, & dedit illi scientiam San-
ctorum: honestauit illum in la-
boribus, & cōpleuir labores illi-
us. Rx Deo gratias. y. Lex Dei
eius in corde ipsius. Rx. Et non
supplantabuntur gressus eius.

In II. Vesp. Aña Capit. Rx. brevi,
& Hymn. ut in 1. Vesperis.

y. Iustum deduxit Dominus per
vias rectas.

Rx. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnificat Antiphona.

O Cœlestis vita norma † Do-
ctor & Dux BENDICTE, cui
cum Christo Spiritus, exultat in
cœlestibus; gregem Pastor alme-
sertia, sancta prece corroborat;
via cœlos clarescere, fac te Dû-
ce penetrare. *Oratio. Excita-*

MENSE FEBRVARIO.

Omnia ut in mense Januario pra-
ter ea quæ hic ponuntur.

*Lectiones I. Noct: de scripta oc-
currente. In II. Nocturno.*

De libro secundo Dialogorum
S. Gregorij Papæ. *Lectio V.*

BENEDICTVS plus appetes ma-
la mundi perpeti, quam lau-
des; & pro Deo laboribus sati-
gari, quam vita huius fauoribus
extolli. Nutricem suam occulte
fugiens, deserti loci secessum pa-
trit; cui Sublacæ vocabulum es-
qui à Romana Viâ quadraginta
ferè millibus distans passuum
frigidas atq; perspicuas emanat
aquas; quæ illic videlicet aquarum
abundantia in extenso pri-
us lacu colligitur, ad extremum
vero in amnem deriuatur. Quò
dum fugiens pergeret, Monach
quidam Romanus nomine, hunc
euntem reperit; quò tenderet,

requis.

requisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impedit: cinq; sanctæ cōuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit ministravit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens, in arctissimam specum se tradidit, & trib' annis excepto Romanò Monachio omnibus ibi incognitus permanxit: qui videlicet Romanus, nō lōgē in Monasterio, sub Theodati Patrie regulā degebat. Sed piè eiusdem Patris sui oculis furabatur horas, & quem sibi ad manducandū surripere poterat, diebus certis. BENEDICTO panem ferebat. L E C T I O VI.

AD eandē verò specum, à Romanī mani cella iter nō erat, quia excelsa desuper rupes eminebat, sed ex eadem rupe in longissimo fune ligatum, Romanus deponere panem consueuerat, in qua etiam resti, parvū tintinnabulum inseruit, ut ad eius sonum vir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet: sed antiquus hostis vnius charitati inuidens, & alterius refectioni, cum quādam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit; Romanus tamen modis cōgruentib', ministrare non desit.

L E C T I O VII.

CVm verò iam Deus omnipo-

tens, & Romanū veller à labore quiescere, & BENEDICTI vitam, in exēplum hominibus demonstrare, vt posita super candelabrum lucerna claresceret, quantum omnibus qui in domo Dei sunt luceret: cuidam Presbytero longius maneti, qui refectiōnem sibi in Paschali festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias paras, & seruus meus in illo loco fame cruciatur. Qui protin' surrexit, atq; in ipsa solennitate Paschali cum alimētis, quæ sibi parauerat, ad locū retendit, & virum Dei per abrupta mōtū, & per cōcaua vallium, per defossa terrarum quassavit, eumq; latere in specu reperit. L E C T I O VIII.

CVmque oratione factā, benedicentes Dominum Omnipotentem cōsediissent; post dulcia vitæ colloquia, is qui aduenierat Presbyter, dixit: Surge, sumam cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Dei respondit dicens: Scio quia Pascha est, quia hodie videbere me merui. Longe quippe ab hominibus positus, quia die eodem Paschalis solēntas esset, ignorabat. Venerabilis autem Presbyter rursus afferuit dicens: Veraciter hodie Resurrectionis Dominicæ Paschalis dies est: abstinere tibi minimè congruit; quia & ego ad huc missus sum

ut Omnipotentis Dei dona pariter sumamus. Benedicentes igitur Dominum, sumpserunt cibum. Expletâ itaq; refectio-ne, & colloquiô, ad Ecclesiam suam Presbyter recessit.

MENSE MARTIO.

Omnia ut supra in Ianuario, excepis, que hic ponuntur. Ante Quadragesimā. In i. Noct. Lēct. de scripti occurrente. In Quadragesima vero. Beatus vir. de com. Conf; non Pontificis.

In II. nocturno.

De libro secundo Dialogorum
S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

CVM Sanct' vir diu in eadem solitudine virtutibus signisq; succerelceret, multi ab eo in eodem loco ad Omnipotentis Dei sunt seruitum cōgregati: ita, vt illuc duodecim Monasteria cum Omnipotentis IESV Christi Domini opitulatione construeret; in quibus statutis Patribus, duodenos Monachos deputauit, paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua præsëtia apti-
us erudiri iudicauit.

LECTIO VI.

Crep̄etiā tunc ad eum Romanæ Vrbis Nobiles, & Religiosi concurrere, suosq; ei filios Omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoq; benæ spei su-
as loboles Eutychius Maurum,

Tertullus verò Patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iunior, cum bonis polleret moribus, Magistri adiutor cœpit existere; Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos.

LECTIO VII.

IN vno autem ex eis Monasterijs, quæ circumquaq; construxerat, quidam Monachus erat, qui ad orationem stare nō poterat: sed mox ut se fratres ad studium orationis inclinabāt, ipse egrediebatur foras, & mente vaga, terrena aliqua, & transitoria agebat. Cumq; ab Abbatे suo s̄ep̄ius fuisset admonitus, ad Virum Dei deduct⁹ est; qui ipse quoq; stultitiam eius vehementer increpauit, & ad Monasterium reuersus, vix duobus diebus Viri Dei admonitionem tenuit: Nam die tertiat, ad usum proprium reuersus, vagari, tempore orationis cœpit. Quod cum Seruo Dei ab eodem Monasterij Patre, quē cōstituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio, & hunc per memetipsum emendo.

LECTIO VIII.

CVmq; Vir Dei venisset ad Monasterium, & constituta horā, expletâ Psalmodiā, sese Fratres in orationē dedissent, aspergit quod eundem Monachum, qui in oratione manere nō potuit, quidam niger puerulus, per vestimenti simbriā foras tra-heret.

heret. Tunc eidem Patri Monasterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secreto dixit: Numquid non aspicitis quis est, qui istum Monachum foras trahit? qui respödentes dixerunt: nō. Quibus ait: oremus, ut vos etiam videatis quem iste Monachus sequitur. Cumq; per biduum esset orarum, Maurus Monachus vidit, Pompeianus verò eiuldem Monasterij Pater vide- re nō potuit. Die igitur altera, expletā oratione, Vir Dei oratorium egressus, stantem foris Monachum reperit, quem pro cœcitate cordis sui, virgā percussit: qui ex illo die nihil persuasionis ulterius à nigro iā puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permanit: siveq; antiquus hostis dominari non ausus est, in eius cogitatione; ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

MENSE APRILI.

*Omnia ut in Mense Ianuario,
prater ea quæ sequuntur.*

In I Nocturno.

De libro quarto Regum.

LECTIO I.

Dixerunt autem filii Propheta-
tarum ad Elizäum. Ecce lo-
cus in quo habitamus eorum te,
angustus est nobis. Eamus usq;
ad Iordanem, & tollant singuli
de filia materias singulas, ut
adficem' nobis ibi locum ad ha-
bitandum.

LECTIO II.

*Q*ui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumq; venissent ad Iordanem, cœdebant ligna. LECTIO III.

*A*ccidit autem, ut cum unus materiam succidisset, cade- ret ferrum securis in aquā: exclamavitq; ille & ait: Heu heu heu Domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam.

LECTIO IV.

*D*ixit autem homo Dei. Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitq; ferrum, & ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

In II. nocturno.

De libro secundo Dialogorum.
S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

*A*lio quoque tempore Gothus quidam pauper spiritu, ad conuersionem venit, quem Dei Vir BENEDICTVS libentissime suscepit. Quādā verò die ei dari ferramentū iussit, quod ad faleis similitudinem falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscederet, quatenus illic hor- tus fieri deberet. Locus autem ipse, quem mundandum Gothus suscepit, super ipsam laci ripā iacebat. Cumq; Gothus idem, densitatem veprium totius vir-

tutis

tutis annisu succideret, ferrum de manubrio profiliens, in lacum cecidit, ubi scilicet tanta erat aquarum profunditas, ut spes requirendi ferramenti nulla iam esset.

L E C T I O VI.

Itaq; ferrō perditō, tremebūd' ad Maurū monachū cucurrit Gothus, damnū, qvōd fecerat nunciavit, & reatus sui egit pœnitentiā. Qvod Maurus qvoq; monach⁹, mox BENEDICTO famulo Dei curavit indicare. Vir igitur Domini BENEDICTVS hæc audiēs, accessit ad lacū, tulit de manu Gothi manubriū, & misit in lacum, & mox ferrum de profundo rediit, atq; in manubrium intravit. Qui statim ferramentum Gotho reddidit dicens: Ecce labora, & noli contristari.

L E C T I O VII.

Sanctus Vir ad alia de migrans loca, non hostē mutavit; nam tanto post grauiora prælia pertulit, quātum contra se aperte pugnātem ipsum malicie Magistrū inuenit. Castrum namque quod Cassinum dicitur, in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons, distēsō sinu, hoc idem Castrum recipit; sed per tria millaria in altum se subrigens, velet ad æra cacumen tendit: vbi veruissimum sanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium, à stulto rusticorū populo, Apollos colebatur,

L E C T I O VIII.

Circūquaq; etiam in cultu dēmonum luci succreuerāt; in quibus adhuc eodem tempore, infidelium insana multitudo, sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaq; Vir Dei perueniens, cōtrivit Idolum, subuertit aram, succedit lucos, atq; in ipso templo Apollinis, oraculum Beati Martini, ubi verò Ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum S. Ioannis cōstruxit, & cōmorantē circūquaq; multicudinē, prædicatione cōtinuā, ad fidem vocabat.

M E N S E M A I O.

Omnia ut in Mense Ianuario præter ea qua hic ponuntur.

In I. Noct: De libro 3tio Regū.

L E C T I O I.

AEt Grotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus, ita ut non remanearet in eo halitus. Dixit ergo ad Eliā: Quid mihi & tibi Vir Dei ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.

L E C T I O II.

ET ait ad eum Elias: Da mihi filiu tuum. Tulitq; eum de hunc eius, & portauit in cænaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum. Et clamante ad Dominū, dixit: Domine Deus meus, etiāne viduā, apud quam ego vtcunq; sustentor affixisti, ut interficeres filium eius.

Lectio

LECTIO III.

ET expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicib; & clamauit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Elias; & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit.

LECTIO IV.

TVlīeq; Elias puerum, & depo-
suit eum de cœnaculo in infe-
riorem domum, & tradidit ma-
tri suæ, & ait illi: En viuit filius
tuus. Dixitq; mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoui, quoniam
Vir Dei es tu, & verbum Domini
in ore tuo, verum est.

In II. Nocturno.

De libro secundo Dialogorum.
S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

RVRsum, dum fratres parietē,
(quia res ita exigebat) paulò
altius erigerent, vir Dei in orati-
onis studio, iatra celte suæ clau-
stra morabatur. Cui antiquus ho-
stis insultas apparuit, & ei, quod
ad laborantes Fratres pergeret,
indicauit. Quod vir Dei per mis-
tum celerimè Fratribus indica-
uit dicens: Fratres, cautè vos a-
gite, quia ad vos hac horâ mali-
gnus spiritus venit.

LECTIO VI.

IS qui mandatū detulit, vix ver-
ba cōpleverat, & malignus spi-

ritus eundem parietem, qui ædi-
ficabatur euerit, atq; unum po-
erulum Monachū, cuiusdam cū-
rialis filium opprimēs, ruinā cō-
trivit. Cōtristati omnes, ac ve-
hemēter afflitti, non damno pa-
rietis, sed cōtritione fratrīs: ve-
nerabili Patri BENEDICTO celeri-
ter, cum graui luctu, nunciarūr.

LECTIO VII.

TVng idem Pater BENEDICTVS,
dilaceratum puerum ad sede
ferri iubet: quem portare non
nisi in sacco potuerunt, quia col-
lapsi saxa parietis, non solum ei-
us membra, sed etiam ossa con-
triverant. Præcepitque vir Dei
statim eum in cella sua in psya-
cio, quo orare consueverat, pro-
iici; missisq; foras Fratribus, cel-
lam clausit; qui orationi instan-
tiūs quam solebat, incubuit.

LECTIO VIII.

MIRA res, cādē horā hunc in-
columē, atq; ut prius valen-
tem, ad eundem iterum laborem
misit: ut ipse quoq; parietē cum
Fratribus perficeret, de cuius se-
interitu antiquus hostis BENEDI-
CTO insultare, credidisset.

MENSE IUNIO.

Omnia ut in mensē Ianuario, ex-
ceptis his que hic ponuntur.

In I. Nocturno.
De Epistola prima Beati Pauli
Apostoli ad Corinthios.

LECTIO

LECTIO I.

Scriptū est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ p̄parauit Deus ijs, qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei.

LECTIO II.

QVis enim hominum scit quæ sunt hominis nisi Spirit⁹ hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi Spiritus Dei. Nos autem nō Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spirit⁹, spirituallibus spiritualia comparantes.

LECTIO III.

ANimalis autē homo non percipit ea, quæ sunt Spirit⁹ Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. LECTIO IV.

Spiritualis autē iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Quis enī cognouit sensum Domini, qui instruerat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

In II. nocturno.

Ex libro secundo Dialogorum

S. Gregorij Papæ.

LECTIO V. Cap. 16.

Eodem quoq; tempore, quidā

Aquinensis Ecclesiæ Clericus à dæmonio vexabatur; qui à venerabili viro Cōstantio, eiusdem Ecclesiæ Antistite, per multa fuerat Martyrum loca trāsmisssus, ut sanari potuisset, sed Sancti Dei Martyres, noluērunt ei sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in BENEDICTO gratia, demonstrarent. Ductus itaq; est ad Omnipotentis Dei Famulum BENEDICTVM: qui iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem, de oblesso hominc, protinus expulit. Cui sanato p̄cepit dicens: Vade, & posthac carnem non comedas, & ad sacram Ordinem nunquam accedere p̄sumas. Quacunq; autem die ad Sacrum Ordinem accedere p̄sumperis, statim iuri diaboli iterum, mancipaberis.

LECTIO VI.

Discessit igitur Clericus sanus, & sicut terrere solet animū pœna regens, ea quæ Vir Dei p̄ceperat, interi custodiuit. Cum verò post annos multos, omnes priores illō de hac lucce migrassent, & minores suis sibimet superponi in Sacris Ordinibus cerneret, verba Viri Dei, quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atq; ad Sacrum Ordinem accessit: quem mox is, qui reliquerat eum, diabolus tenuit, eumq; vexare, quousq; animam eius excuteret, non cessavit.

Lectio

B E N E D I C T I N U M .

137

L E C T I O VII.

Iste Vir Dei diuinitatis, ut video,
etiam secreta penetrauit, quia
perspexit hunc Clericū idcir-
cō diabolo traditum, ne ad Sa-
crum Ordinem auderet accede-
re. Quare diuinitatis secreta nō
nō sset, qui diuinitatis præcepta
seruaret? Cum scriptū sit: Qui
adhæret Domino, unus Spiritus
est cum illo. Sancti Viri in quā-
tum cum Deo vnum sunt, sen-
sum Domini nō ignorat. Nam
idē quoq; Apostolus dicit: Quis
enim scit hominum, quæ sunt
hominis, nisi spiritus hominis,
qui est in ipso; ita & quæ Dei
sunt, nemo cognouit, nisi Spi-
ritus Dei. **L E C T I O VIII.**

Qui, vt se ostenderet nosse,
quæ Dei sunt, adiunxit. Nos
autem nō spiritum huius mundi
aceperimus, sed Spiritum, qui ex
Deo est. Hinc iterū dicit: Quod
oculus non vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis ascēdit,
quæ præparauit Deus diligenti-
bus se: nobis autem reuelauit
per spiritum suum.

M E N S E I V L I O .

Omnia ut in Mense Ianuario,
exceptis ḡs, quæ hic ponuntur.

In 1. Nocturno.

De libro tertio Regum.

L E C T I O I .

Factus est ergo sermo Domini
ad Eliam dicens: Surge & va-

S

de in Sarephtha Sidoniorum, &
manebis ibi: præcepi enim ibi
mulieri Viduæ, ut pascat te. Sur-
rexit & abiit in Sarephtha.

L E C T I O II.

CVMq; venisset ad portam ci-
uitatis, apparuit ei mulier Vi-
dua, colligens ligna, & vocauit
eam, dixitq; ei: Da mihi paulu-
lum aquæ in vase, ut bibam.
Cumq; illa pergeret, ut afferret,
clamauit post tergū eius dicens:
Affer mihi, obsecro, & buccel-
lam panis in manu tuâ.

L E C T I O III.

QVæ respondit: Vixit Domi-
nus Deus tuus, quia nō ha-
beo panem, nisi quantum pugil-
lus capere potest farinæ in hy-
driâ, & paululum olei in lecy-
tho: En colligo duo ligna, ut
ingrediar, & faciam illum mihi,
& filio meo, ut comedamus,
& moriamur. **L E C T I O IV.**

AD quā Elias ait: Noli timere,
sed vade, & fac sicut dixisti:
verū tamē mihi primū fac
de ipsa farina subcinericium pa-
nem paruulum, & affer ad me,
tibi autem & filio tuo facies po-
stea. Hæc autem dicit Dominus
Deus Isrāél: Hydria farinæ non
deficiet, nec lecythus olei mi-
nuetur, vsq; ad diem in qua Do-
minus daturus est pluviā super
faciem terræ. Quæ abiit,
& fecit iuxta verbum Eliæ: &
comedit ipse, & illa, & domus
cius:

elus; &c ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei nō est immixtus, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ.

In II. nocturno.

De libro secundo Dialogorum
S. Gregorij Papæ.

L E C T I O V .

ALiò quoq; tempore in eādem Cāpaniæ Regione fames incubuerat, magnaq; omnes alimētorum indigentia coangustabat: iamq; in BENEDICTI Monasterio triticum deerat: panes vero penè omnes consumpti fuerant, vt non plūs quām quinque ad refectionis horam, Fratribus inueniri potuissent.

L E C T I O VI .

CVMq; eos Venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatē studuit modestā increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem minus est, sed die crastinā abundanter habebitis. Sequenti autē die, ducenti farinæ modij, ante fores cellæ insaccis inuenti sunt: quos Omnipotens Deus, quibus deferentibus transmisisset, nunc vsq; ma- et incognitum. Quod cūm frāes cernerent, Domino gratias eferētes, didicerūt iam de abūdantiā nec in egestate dubitare.

L E C T I O VII .

EO quoq; tempore quo alimētorum inopia Cāpaniam grauiter affligebat, Vir Dei diuersis indigentibus Monasterij sui cūcta tribuerat, vt penè nil in celiario, nisi parū quid olei in vase vitreo remaneret. Tunc quidam Subdiaconus Agapitus nomine aduenit, magnoperē postulans, vt sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem Domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in celo omnia reseruaret, hoc ipsum parū, quod remanerat, olei, iussit perentī dari. Monachus vero qui cellarium tenebat, audivit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cumq; post paululūm, siid, quod iusserat datum esset, inquireret; respōdit Monachus se minimē dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil Fratribus remaneret. Tunc iratus, alijs præcepit, vt hoc ipsum vas vitreum, in quo parū olei remansisse videbatur, per fenestrā proijcerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumq; est ita. Sub fenestra autem eādem, ingens præcipitum patebat, saxorum molibus asperum. L E C T I O VIII .

Proiectum itaq; vas vitreum, venit in saxis, sed sic mansit incolume, acsi proiectum minimē fuisset; ita vt neg; frangi, neq;

B E N E D I C T I N V M

139

neque oleum effundi potuisset. Quod Vir Domini præcepit le-
vari; itaq; vt erat integrum, pe-
renti tribuit. Tūc collectis Fra-
tribus, inobedientem Monachū
de infidelitate suā, & superbia
coram omnibꝫ increpauit. Quā
increpatione cōpletā, sese cum
ijsdem Fratribus in orationem
dedit. In eo autem loco, vbi
cum fratribus orabat, vacuum
erat ab oleo dolium, & cōoper-
tum. Cumq; Sanctus Vir in ora-
tione persisteret, cōpīt operi-
mentum eiusdem dolij, oleo ex-
crescente subleuari. Quā com-
motō atq; subleuatō, oleū quod
excreuerat, ora doli transiens,
pauimentum loci, in quo incu-
buerat inundabat. Quod BENE-
DICTVS Dei famulus, vt aspergit,
protinus orationem compleuir,
atq; in pauimentum oleum dif-
fluere cessauit.

MENSE AVGVSTO.

Omnia ut in Mense Ianuario,
exceptis ȳs que hic ponuntur.

In 1. Nocturno.

De actibus Apostolorum.

LECTIO I.

Vir autē quidā nomine Ana-
nias, cum Saphira vxore suā,
vendidit agrum & fraudauit de
pretio, consciā vxore sua, & af-
ferens partem quandam ad pe-
des Apostolorum posuit.

S 2

LECTIO II.

Dixit autem Petrus: Ananias,
cur tentauit Sanatas cor tuū
mentiri te Spiritui Sancto, &
fraudare de pretio agri? Nonne
manens tibi manebat; & venun-
datū in tua erat potestate? Quā-
re posuisti in corde tuo hanc
rem; nō es mentitus hominibꝫ,
sed Deo. Audiens autem Ananias
hac verba, cecidit, & ex-
pirauit. Et factus est timor ma-
gnus super omnes, qui audierūt.
Surgentes autem iuuenes amo-
uerunt eum, & effarentes sepe-
lierunt. LECTIO III.

FACTUM est autem quasi hora-
rum trium spatium, & vxor
ipsius, nesciens quod factum fu-
erat introiuit. Dixit autem ei
Petrus: Dic mihi mulier, si tan-
ti agrum vendidistis? At illa di-
xit: Etiā tanti. Petrus autem
ad eam: Quid utiq; cōuenit vo-
bis tentare Spiritum Domini?
Ecce pedes eorum qui sepelie-
runt virum tuum ad ostium, &
effarent te.

LECTIO IV.

CONFESTIM cecidit ante pedes
eius, & expirauit. Intrantes
autem iuuenes, inuenérunt illā
mortuam & extulerunt, & se-
pelierunt ad virum suum. ET fa-
ctus est timor magn⁹ in vniuer-
sa Ecclesia, & in omnes, qui au-
dierunt hac.

Jn.

In II. Nocturno.

De libro secundo Dialogorum
S. Gregorij Papæ. LECTIO V.

Qui deuotâ mente Deo adhæ-
rent, cum rerum necessitas
exposcit: exhibere signa modo
vtrōq; solent, vt mira quæq; ali-
quando ex prece faciant, aliquā-
do ex potestate: Cūm enim Io-
annes dicat: Quotquot autem
recepérunt eum, dedit eis potes-
tatem filios Dei fieri. Qui filij
Dei rx potestate sunt, quid mi-
rum, si signa facere expotesta-
te valeant? Quia enim vtrōque
modo miracula ex hibent, te-
statur Petrus, qui Thabitē mor-
tuam orando suscitatuit, Anani-
am verò & Saphiram mentien-
tes morti increpando tradidit.
Neq; orāsse in eorum extincțio-
ne legitur, sed solummodo cul-
pam, quam perpetraverant, in-
crepasse. Constat ergo, quod ali-
quādo hæc ex potestate, aliquādo
verò exhibetur ex postulatione
dum & istis vitâ increpando ab-
stulit, & illi reddidit orādo. Nā
duo quoq; fidelis Dei famuli BE-
NEDICTI facta nunc replico, in
quibꝫ apertèclareat, aliud huc,
aceptâ diuinitus ex potestate,
aliud ex oratione potuisse.

LECTIO VI.

Gothorum quidam Galla no-
mine, perfidiæ fuit Arianæ,
qui Totilæ Regis eorum tempo-
ribus contra Catholicæ Ecclesiæ

religiosos viros, ardore imma-
nissimæ crudelitatis axarsit, ita
vt quisquis ei Clericus Mona-
chulue ante faciem venisset, ab
eius manibus vivus nullô modô
exiret. Quidam verò die, avari-
tiae suæ æstu succensus in rapinâ
rerum inhians, dum quendam
rusticum tormentis crudelibꝫ af-
fligeret, eumq; per supplicia di-
uersa laniaret, victus pœnis ru-
sticus, sese resq; suas BENEDICTO
Dei Famulo, commendâsse pro-
fessus est; vt dum hoc à torque-
te creditur, suspensâ interim cru-
delitate, ad vitâ hora reparetur.

LECTIO VII.

Tunc idem Galla cessauit rusti-
cum tormentis affligere, sed
eius brachia loris fortibus astrin-
gens, ante equū suum cœpit im-
pellere, vt quis esset BENEDICTVS,
qui eius res suscep̄at, demôstra-
ret. Quem ligatis brachijs ru-
sticus antecedens, duxit ad S. Vi-
ri Monasterium, eumq; ante in-
gressum cellæ solum sedente
reperit, & legente. Eidem sub
sequenti Gallæ, rusticus dixit:
Ecce iste es, de quo dixeram ti-
bi, BENEDICTVS Pater. Quē dum
feruidō spiritu, cū peruersæ mé-
tis insanias fuisset intuitus, eō ter-
rore quo consueuerat acturum-
se existimans, magnis cœpit vo-
cibus clamare dicens: surge, sur-
ge, & res istius rustici redde, quas
acepisti. Ad cuius vocē Vir Dei
proti-

protinus oculos leuauit à lectio-
ne, eūq; intuit^o, mox etiā rusticū,
qui ligat^o tenebatur, attendit, ad
cuius brachia, dum oculos defle-
xisset, mirò modō tantā se cele-
ritate cœperunt illigata brachi-
js lora deuoluere, vt dissoluit tā
concitē nulla hominum festina-
tione, potuissent.

L E C T I O VIII.

CVmq; is qui ligatus venerat,
cœpisset subito adstare solut^o,
ad tantæ potestatis vim tremefac-
etus Galla, ad terram corruit, &
ceruicem crudelitatis rigidæ, ad
eius vestigia inclinans, se orati-
onibus illius, cōmendauit. Vir
autem Sanctus à lectioне mini-
mè surrexit, sed vocatis fratri-
bus, eum introrsus tolli, vt be-
nedictione acciperet, præcepit.
Quem ad se reductum, vt à tan-
tæ crudelitatis insania quiescere
deberet, admonuit. Qui fractus
recedens, nihil ulterius petere à
rustico præsumpsit, quē vir Do-
mini non tangendo, sed respici-
endo soluerat. Ecce, ita est Pe-
tre, quod dixi, quia hi, qui O-
mnipotenti Deo familiariū ser-
viunt, aliquādo mira facere, etiā
ex potestate possunt. Qui enim
ferocitatem Gothi terribilis, se-
dens repressit, lora verò nodos-
que ligaturæ, quæ innocentis
brachia adstrinxerat, oculis dis-
soluit: Ipsa miraculi celeritate
indicit, quia ex potestate acce-
perat habere, quod fecit.

M E N S E S E P T E M B R I.

Omnia ut in Mensē Ianuario, ex-
ceptis ijs, que hic ponuntur.

In I. Noct. De libro 4to. Regū.

L E C T I O I.

Venit mulier Sunamitis ad Eli-
sæū in mōte Carmeli. Cūm q;
vidisset eām vir Dei Elisæ^o ē cō-
tra, ait ad Giezi puerum suum:
Ecce Sunamitis illa; vade ergo
in occursum eius, & dic ei: Re-
ctene agitur circa te, & circa vi-
tum tuum, & circa filium tuum?
Quæ respondit: recte.

L E C T I O II.

CVmq; venisset ad Virum Dei
in montem, apprehendit pe-
des eius, & accessit Giezi, vt
amoueret eā. Et ait homo Dei:
dimitte illam, anima enim eius
in amaritudine est. & Dominus
celauit à me, & nō indicauit
mihi. Quæ dixit illi: Numquid
petui filium à Domino meo?
Numquid non dixi tibi: ne illu-
das me? Et ille ait ad Giezi: Ac-
cinge lūbos tuos, & tolle bacu-
lum meum in manu tua, & vade.
Si occurrerit tibi homo, nō
salutes eum: & si salutauerit te
quispiam, non respondeas illi;
& pones baculum meum super
faciem pueri. Porro mater pue-
ri ait: Viuit Dominus, & viuit
anima tua, non dimittam te.

L E C T I O III.

Surrexit ergo & secutus est eā.

Giezi

Giezi autē præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox neq; sensus: reuersusq; est in occursum eius, & nuntiauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusq; clausit ostium super se, & super puerum, & orauit ad Dominum.

L E C T I O IV.

ET ascendit, & incubuit super puerum: posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incurvauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit in domo, semel huc, atq; illuc, & ascendit, & incubuit super eum, & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc, quæ vota, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terrā: tulitq; filium suum, & egressa est, & Elisæus reuersus est in Galgala.

In II. Nocturno.

De libro secundo Dialogorum.

S. Gregorij Papæ.

L E C T I O V.

QVADAM die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus. Quidam verò rusticus, defuncti

filiij corpus vlnis ferens, orbitatis luctu æstuans, ad Monasterium venit, BENEDICTVM Patrem quæsiuit. L E C T I O VI.

CVi cùm dictū esset, quia idē Pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante Monasterij ianuam, corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus, ad inuenientium Venerabilē Patrem, sese in cursum concit⁹ reddit. Èadem verò horā Vir Dei ab agri opere, iam cum fratribus revertebatur. Quem mox, vt orbatus rusticus aspexit, clamare cœpit: Redde filium meum, rede filium meum.

L E C T I O VII.

VIR autē Dei in hac voce subicit dicens: nunquid ego filium tuum tibi abstuli? Cui ille respondit: Mortus est, veni, resuscita eum. Quod ut mox Dei famul⁹ audiuit, valde cōtristatus est, dices: Recedite fratres, recedite, hæc nostra non sunt, sed Sæctorum Apostolorum. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non possumus portare? At ille quem nimi⁹ cogebat dolor, in sua petitione persistit, iurans, quod non recederet, nisi eius filium resuscitaret.

L E C T I O VIII.

QVEM mox Dei famulus inquisiuit dicens: Vbi est? cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuā Monasterij iacet: Quo cūm

B E N E D I C T I N V M.

143

cum Vir Dei, cum fratribus peruenisset, flexit genu, & super corpusculum infantis incubuit, seseq; erigēs, ad cōclūm palmas terendit, dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem huius hominis, qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculum animā, quam abstulisti. Vix in oratione verba compleuerat, & regrediente animā, ita corpusculum pueri omne contremuit, ut sub oculis omnium, qui aderant, apparuerit concussione mirificā tremendo palpitasse. Cuius mox manum tenuit, & eum patri viuentem, atq; incolumem dedit.

MENSE OCTOBRIO.

Omnia ut in Mense Ianuario, præterea, que hic ponuntur.

In I. Nocturno.

De Epistola secunda B. Pauli
Apostoli ad Corinthios.

LECTIO I.

S' gloriari oporter (non expedit quidem;) veniam autem ad visiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptū huiusmodi usq; ad tertium cōclūm.

LECTIO II.

Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniam

raptus est in Paradysum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

LECTIO III.

Pro huiusmodi gloriabor: pro me autē nihil gloriabor: nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

LECTIO IV.

ET ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanae, qui me colaphizet: propter quod tecum Dominum rogaui, ut auferretur à me: & dixit mihi Dominus: Sufficit tibi Paule gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur.

In II. Nocturno.

De libro secundo Dialogorum
S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

CVMq; Vir Dei BENEDICTVS, quiescentibus adhuc fratribus, instans vigilijs, Nocturnæ orationis tempora præuenisset, ad fenestram stans, & Omnipotentem Deum deprecans; subito intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper, cunctas noctis tenebras effugasse, tantoq; splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiasset.

Mira

L E C T I O V I I .

Mira autē res valdē in hac speculatione secura est, quia, sicut post ipse narravit; omnis etiam mundus, velut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. Qui Venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam, in Sphæra ignea, ab Angelis in cœlum deferri,

L E C T I O V I .

TVnc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Seruandū Diaconum, iteratō bis, terq; eius nomine, eum clamoris magnitudinæ vocavit. Cumq; ille fuisset insolito tanti Viri clamore turbatus, ascendit, respexit, par temq; iam lucis exiguum vidit. Cui tantum hoc obstupefcenti miraculum, Vir Dei per ordinē, quæ fuerant gesta narravit: statimq; in Cassinum Castrum, Religioso viro Theoprobo mandauit: Ut ad Capuanam Vrbem, sub eādem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur agnoscereret, & indicaret. Factumq; est, & Reuerendissimum Virum Germanum Episcopum, is qui missus fuerat iam defunctum reperit, & requirens subtiliter, agnouit, eōdem momēto, fuisse illius obitum, quō Vir Domini eius agnouit ascensum.

Fixum tene (Petre) quod lo quor, quia animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parū de luce Creatoris aspicerit, breue ei sit omne, quod creatum est: quia ipsa luce visionis, intimæ mentis, laxantur sinus, tantumque expanditur in Deo, ut superior existat mundo; sit verò ipsa videntis anima etiā super semet ipsam. Cumque in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur; & dum sub se conspicit, exaltata comprehendit, quam breve sit, quod comprehendi humilita non poterat. Ergo Dei, qui in turri globū igneum, Angelos quoq; ad Cœlum redeentes videbat, hæc procul dubio cernere, nō nisi in Dei lumine, poterat. Quid itaq; mirū, si mundū ante se collectū vidit, qui subleuat' in mentis lumine, extra mundum fuit.

L E C T I O V I I I .

Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur: nō Cœlum, & terra contracta est, sed videntis animus est dilatato, qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deum est. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animam, cùm ad superiora rapuit, ei quam angu stia es.

sta essent omnia inferiora, mon-
stravit.

MENSE NOVEMBRI.

*Omnia ut in mense Januario, ex
ceptis iis, que hic ponuntur.
In I. Nocti: Lett. de script. occur-
rente. In II. nocturno.*

Ex libro secundo Dialogorum.

S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

Eòdem verò anno, quò de hac vita erat exiturus, quibusdam Discipulis secum cōmorantibus, quibusdam longe manentibus, Sanctissimi sui obitùs denunciavit diem, præsentib⁹ indicens, ut audita per silentiū tegerent, absentibus indicans, quod, vel quale eis signum fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero sui exitus diem, aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febrib⁹, scri cœpit ardore fatigari,

LECTIO VI.

CVmque per dies singulos lá-
guor ingrauesceret, sextā die portari se in Oratorium à Disci-
pulis fecit, ibiq; exitum suum Dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atq; inter Discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vlti-
mum spiritum, inter verba ora-
tionis efflauit. **LECTIO VII.**

QVa scilicet die, duobus de eo

fratribus, vni in cella cōmoranti, alteri autē longius posito re-
uelatio val⁹, atq; indissimilis vi-
sionis, apparuit. Viderūt namq;, quia strata pallijs, atq; innume-
ris corusca lampadibus via, re-
ctō Orientis tramite, ab ei⁹ cella
in cœlum usq; tendebatur. Cui
venerando habitu Vir desuper
clarus assilens, cuius esset via,
quam cernerent, inquisuit: il-
li autem se nescire professi sunt.
Quibus ipse ait: Hæc est via,
quā dilectus Domini Cœlū Be-
NEdictus ascēdit.

LECTIO VIII.

TVnc itaq; Sancti Viri obitum,
sicut præsentes Discipuli vi-
derunt, ita absentes, ex signo
quod eis prædictū fuerat, agno-
uerunt. Sepult⁹ verò est in Ora-
torio B. Ioannis Baptizæ, quod destructa aā Apollinis, ipse cō-
struxit. Qui & in eo specu, in
quo prius habitauit, nunc usq;
li petentium fides exigat, mira-
culis coruscat.

MENSE DECEMBRI.

*Omnia ut in Mense Januario,
preter ea, que hic ponuntur. Lett.
I. Nocti: de script. occurrente.
In II. nocturno.*

Ex libro secundo dialogorum.

S. Gregorij Papæ.

LECTIO V.

NVper namq; est res gesta quā
narro. Quædā mulier mente
capta,

capta, dū sensum funditū perdidisset, per montes, & valles, sylvas & campos, die noctuq; vagabatur, ibi tantūmodo quiescebat, vbi hanc quiescere lassitudo cōcēgisset. Quādā verò die, dum vaga nimium erraret, ad Beati Viri BENEDICTI specū deuenit, ibiq; nesciēs ingressa māsit, manè autem facto, ita sanato sensu egressa est, ac si cā nunquam insania capitis vlla tenuisset, quā omni vitā suā tempore, in eadem quam accepit, salute permansit.

L E C T I O VI.

Quidnam esse dicimus, quōd plerumq; in ipsis quoq; patrocinij Martyrum sic esse sentimus, vt non tanta per corpora sua, quanta beneficia per Reliquias ostendant, atq; illic maiora signa faciunt, vbi minimē per semetiplos iacent.

L E C T I O VII.

Vbi in suis corporibus Sancti Martyres iacent, dubiū Petre non est, quōd multa signa valeat demōstrare, sicut & faciunt, & purā mente quārentibus, innumerā miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, virumne ad exaudiendum ibi p̄sentes sint vbi constar, quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est cō maiora signa ostendere, vbi de eorum p̄senta potest mens in-

firma dubitare. Quorum verō mens in Deo fixa est, tanto māius habet fidei meritum, quanto illic eos mouit, & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione.

L E C T I O VIII.

VNde ipsa quoq; veritas, vt fidem discipulis augeret, dixit: Si ego non abiero, Paraclit⁹ non veniet ad vos. Cū enim constet, quia Paracletus Spiritus, à Patre semper procedat & Filio, cūm se Filius recessurum dicit, vt ille veniat, qui à Filio nunquam recedit: sed quia Discipuli in carne Dominum cernentes, corporeis hunc oculis, semper videre sitiebant, rectè eis dicitur: Nisi ego abiero, Paracletus non veniet, ac si aperte diceretur: Si corpus non subtraho, quis sit amor Spiritus non ostendo, & nisi me desieritis carnaliter cernere, nunquam me discessis spiritualiter amare.

 IN DIE ANNIVERSARIA
MODVS RENOVANDI
PROFESSIONEM.

Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, pro gratia illa singulari, quā me vilissimum peccatorem, de hoc saeculo nequam eduxisti, & in hoc Religiosissimo Ordine ad solennem Professionem admisisti. Doleo ex toto corde, quōd gratiæ huic la-

BENEDICTINUM.

147

gis non responderim, & tanto
beneficiō fuerim ingratus, De-
testor omnes negligentias, in
hoc statu cōmissas, & quod tam
parū ad eius perfectio nem
adspirauerim. Ignosce mihi De-
us venia largitor, & humanæ
salutis amator, & da, ut vel nūc
tandem, tuā gratiā incipiā, quod
equidem ex animo cupio & pro-
pono. Quod si me vōtis tuā
Maiestati necedū obstrinxisse,
nunc sanè id facerem, ideoque
quātā deuotione possum, illa
nunc renouo, & nouā feruore
tibi promitto, stabilitatē, & Cō-
uersiōnem morum meorum, &
Obedientiam, secundū Regu-
lam S. BENEDICTI. Verū tamē
quia ad hāc implēda, me nimis
tepidum, & infirmum agnosco:
rogo te misericordissime IESU,
ut qui dedisti mihi vōuendi vo-
luntatem, tribuas etiam exequē-
di facultatem, meq; ita dirigas,
vt non mihi, sed tibi soli viuam,
omnesq; Ordinis obseruantias,
& quidquid animæ perfectionē
promouere possit, summō stu-
diō amplectar, ad gloriam no-
minis tui, qui es Deus benedict'
in secula. Amen.

BENEDIC: NVMISMATVM,
SSMI PATRIS BENEDICTI.

Hac fieri debet à Presbyteria
Benedictini post Missam, antequā
sacra paramenta deponant.

- ¶. Adiutoriū nostrū in nōne Dñi.
¶. Qui fecit cœlum & terram.
¶. Dominus vobiscum.
¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus Omnipotens bonarum

virtutum dator, & omnium
benedictionum largus infusor,
suplices te rogamus, vt inter-
cedente Sancto Patre Nostrō
BeNeDiCtÓ, manibus nostris
opem tuā benedictionis infun-
das, & hos Charakteres ac Lite-
ras ad abigēdos dēmones, mor-
bosq; pellendos, tuā reuelatione
præparatas, virtute S. Spiritus
bene dicere digneris, & omni-
bus eis vrentibus, sanitatē men-
tis & corporis, & gratiam san-
ctificationis benignus concede,
vt in cōspectu tuo sancti & im-
maculati atq; irreprehensibiles
appareant, & insidias latentis
inimici, per auxilium misericor-
diae tuā clementer effugiāt. Per
Dominum nostrum &c.

Oremus.

Domine Ihesu Christe, qui vo-
luisti pro mundi redemptio-
ne de Virgine nasci, circumci-
di, à Iudæis reprobari, à Iuda
traditore osculō tradi, in culis
alligari, sicut Agnus innocēs ad
victimam duci, atq; in conspe-
ctu Annæ spinis coronari, acu-
leō clauorum perforari, in cru-
ce leuari, inter latrones reputa-
ri, felle & acetō potari, ab ho-
mīnī.

minibus blasphemari, lanceâ vulnerari, & tandem in Cruce mori. Per has sanctissimas pœnas, & passiones tuas, quas ego indignus recolo, & suppliciter te oro, de loco isto, & de dominibus eius, & de omnibus incolis eius, & de me seruo tuo, & de omnibus quicunq; per literas & characteres hos inuocauerit Sæcum Nomen tuum, expellas omnes insidias diaboli, & fraudes, & pestem; ad pristinam sanitatem hunc locum, & omnes habitatores eius, me quoq; indignum famulum tuū, & omnes quicunq; signati fuerint hoc signo sanctificationis tuz perducere digneris, fracto vinculo cuiuscunq; gentis malignaz. Am.

Deinde dicat sacerdos sequentia verba Sancti Zacharia.

MAledicti & excommunicati, & blasphemari dæmones in virtute verborum istorum, Messias, Emmanuel, Sabaoth, Adonai, Athanatos, Ischiros, Eleyson, Tetragrammaton, vos constringimus, vos priuamus, vos expellim⁹, ab isto loco & ex dominib⁹ eius, vbi fuerint hæc signa Dei, & præcipim⁹ vobis, ut non habeatis potestatem per pestem nocere corporib⁹ habitatiū in eo. Ite, ite, ite maledicti in statnum ignis. Ite statim ad loca vobis deputata, & nunquā huc accedatis. Imperat vobis Deus

PATER, imperat vobis Deus Filius, imperat vobis Deus SPIRITUS Sanctus, imperat vobis Sanctissima TRINITAS unus Deus. Discedite maledicti dæmones in nomine Dei nostri IESU CHRISTI, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

DEVS qui culpā offendēris, pœnitentiā placaris, preces populi tui supplicatiis propitiis respice: & flagella tuz iracundia, quæ pro peccatis nostris meremur auerte.

DEVS qui iustificas impium, & non vis mortem peccatoris: Maiestatē tuā suppliciter deprecantur, ut famulos tuos de tua misericordia cōfidentes, cœlesti protegas benign⁹ auxiliō, & assidua protectione conserues, ut tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te separētur.

Benedictionē tuā Domine populus fidelis accipiat, quā corpore saluetur & mente, & cōgratam tibi exhibeat seruitutem, & propitiationis tuz beneficia semper inveniat.

Cōcede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetuā mentis & corporis sanitatem gaudere: & gloriōsa Beatae MARIAE semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & eterna perfici latitia.

Inter-

B E N E D I C T I N V M.

149

I Ntercessio nos quæsumus Domine Beati Patris nostri BENEDICTI Abbatis cōmēdet, vt quod nostris meritis non valeam⁹, eius patrocinio assequamur.

D A nobis quæsumus Domine p̄ ix petitionis effectū, & per silentiā, mortalitatemq; propitiatus auerte, vt mortalium cor da cognoscant à tē indignatę talia flagella prodire, & te miserare cessare. Per Dominū nostrū.

Deinde aspergit ea Sacerdos aquæ benedictâ in modam Crucis.


BENEDICTIO PANIS

NOVI.

In FESTO SS. PETRI & PAVLI,
Tynecij fieri solita.

In perugilio Sæctorū Apostolorū Petri & Pauli. Sacerdos acceptā foliā accedens ad Panem novum, in aliquomundo loco postū, dicat:

¶. Adiutoriū nostrū in nīc Dñi.
¶. Qui fecit cœlum & terram.

¶. Paratur nobis pānis

¶. Aduers'ones qui tribulat̄ nos

¶. Sit notmē Dñi benedictum,

¶. Ex hoc nunc & usq; in sæclū.

¶. Super omnes Virgo Benedic-

ta extiristi. ¶. Dum Patis

vitæ in tua se clausit viscera.

¶. Beatus es Simon Bariona.

¶. Tibi enim traditæ sunt claves

Regni Cœlorum.

¶. Tu es vas electionis S. Paule

Apostole. ¶. Intercede pro

nobis ad Dñum qui te elegit.

¶. Ora pro nobis SSme. Pater BENEDICTE. ¶. Ut Digni efficiamur promissionib' Christi.

¶. Domine exaudi orationem meam. ¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotēs sempiterne DEVS, benedicere & digneris hunc novum panem tuā sanctā benedictione, vt qui eum gustauerit corporis & animæ salutē, te dominante recipiant.

Concede quæsumus omnipo-
tens DEVS intercedente Im-
maculatè Cōceptā Vnigeniti Filii
tui Mātre Benedictā, hunc
panē habētibus sanitatē mentis,
& corporis; vt hic temporalib'
tuis donis in timore vtentes ad
æterna se disponere valeāt.

Domine IESU Christe, qui te
mirabilem in sanctis tuis Pe-
tro & Paulo demonstrasti præsta
eorum intercessione, vt in quo-
cunque loco hic panis fuerit, ab
eo omnes dæmonū insultus re-
pellantur.

DEVS bonarum virtutum da-
tor, & omnium benedictio-
num largus infusor, te subnixis
precibus deprecamur, vt sicut
iubente S.P.N. BENEDICTO, vene-
natū panem sibi transmissū, cor-
vum

vum deportare, ne vlli noceret
in deserta fecisti, ita eius meritis
gloriosis suffragantibus, ex hac
substantia panis omnia noxia a-
moveas, cūmq; glorioſo Patriar-
chā nostrō intercedēte benedi-
cas & lāctifices hūc, vt quicūq;
ex eo gustauerint, sanitatis & in-
columitatis in corpore, & virtutū
in anima percipiāt incremen-
ta. Per Te Sācte Pater, qui cum
Filio & Spiritu Sācto, viuis & re-
gnas in sēcula sēculorū, Amen.

Benedictio D̄i Patris & Omni-
potentis & Filij eius & Vnige-
niti, & Spiritus & Sācti ab utro-
que praecedentis: intercessione
Beatissimā Virginis MARIE, Pe-
tri & Pauli, atq; S.P.N. BENEDI-
CTI, & omniū Sanctorū, descēdat
super hanc substantiā panis no-
vi, ac maneat semper. Amen.

Et affergatur aquā benedictā.

A B S O L V T I O

Generalis in vltimo mortis arti-
culo danda MONACHIS & MONI-
ALIBVS Sacri Ordinis Nostri
authoritate Privilegiorū.

Prīmō ab infirmo fiat Cōfessio:
vel signum detur contritionis, si
illa fieri non potest: Deinde Sa-
cerdos dicat. Misereatur tui O-
mnipotēs Devs, & dimissis pec-
catis tuis, perducat te ad uitam
eternam. Indulgentiam, absolu-
tionē, & remissionē paccato-

rū tuorum, tribuat tibi omni-
potens & misericors Dominus,
Amen.

Dominus noster Iesus Christus per merita suę Sacratissimę Passionis te absoluat, & gra-
tiam suam tibi infundat, & ego
authoritate ipsius, & Beatorum
Apostolorum Petri & Pauli, &
Summorum Pontificum, mihi hac
in parte cōmissa, & tibi conces-
sa, absoluo te ab omni vinculo
excommunicationis, sententiā
suspensionis & interdicti, dispē-
lando tecum in omni irregulari-
tate, si quam contraxisti, & re-
stituo te vniōni & participatio-
ni fidelium, necnon SS. Sacramen-
tis Ecclesie. Eādem authori-
tate ego te absoluo ab omni
transgressione vororum tui Or-
dinis, & statutorum Papalium,
Generalium, Prouincialium,
localium & Synodalium quorū-
cunq;. Eādem authoritate absol-
uo te, ab omni diuino officio ma-
lè persoluto, horis indebetē trās-
positis, vel dimissis. Item eāde
authoritate absoluo te, ab omni-
bus peccatis tuis, quibus contra
Devū fragilitate humānā, igno-
rantiā, vel malitiā deliquisti, co-
cedens tibi remissioē, & indul-
gentiā Plenariam, omnium pec-
catorum tuorum Cōfessorū; &
cunctorum quorum etiam non
recordaris, aut oblitus fuisti, i-
quantū claves Ecclesie se ex-
ten-

il-
s,
ri-
si-
ra-
go
m
&
na-
es-
lo
ti-
pē-
ari-
re-
io-
en-
pri-
oni-
Or-
m,
L,
rū-
sol-
ma-
rāf-
adé-
ni-
tra-
no-
cō-
dul-
oc-
&
on-
, i-
ex-
n-



